Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 C
23
Digitized by Google

12. 13. C. 23

Articella nuperrime impreſſa cũ ꝗ̃plurimis tractatib' priſtine impreſſioni ſuperadditis: vt patet in pagina ſequẽti.

✠

Petri pomarij Ualentini Hiſpani ad lectorez Hexaſtychon

Parua lz: nõ ſunt ſpernenda volumina lector
Quiſquis es: infixo lumine ſiſte gradum.
Inuenies medici varias vel Apollinis artes:
Crede mihi ſacro eſt charta referta ſale.
Cãdide Neruoſe lector cui cura ſalutis:
Non parcas auro: Ditius iſtud opus.

Cum priuilegio.

138

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Capuccinorum Romae

Dyſagoge Joannitij. folio.ij.
Phylaretus de pulſibus. fo.ix.
Theophilus de vrinis. fo.xj.
Hyppocrates de lege: qui et introductorius dicitur. fo.xviij.
Iuſiurandum Hyppocratis. fo.xviij.
Eiuſdem pronoſtica. fo.xix.
Eiuſdem Aphoriſmi Antiqua tranſlatione. fo.xxiiij.
Eiuſdem Aphoriſmi Theodoro Gaza interprete. fo.xxxiij.
Eiuſdem collectio Aphoriſmorū ad vnanquamq; egritudinem pertinentium. fo.xlij.
Regimen Acutorum eiuſdem additum. fo.lj.
Eiuſdem liber Epydimiarum additus. fo.lxiij.
Eiuſdem de natura fetus additus. fo.lxx.
Eiuſdem liber ſecretorum additus. fo.lxxvij.
Eiuſdem pronoſtica ſecundum lunam addita. fo.lxxviij.
Eiuſdem capſula Eburnea. fo.lxxxij.
Eiuſdem de Humana natura additus. fo.lxxxiij.
Eiuſdem de aere ꝛ aqua ꝛ regionibus additus. fo.lxxxv.
Eiuſdem de Pharmacijs additus. fo.xc.
Eiuſdem de inſomnijs additus. fo.xcj.
Aphoriſmi Joannis Damaſceni. fo.xciij.
Floſculi medicinales ex Cornelio Celſo extracti. fo.xcvij.
Parabole Arnaldi de Villa Noua addite. fo.c.
Libri Tres Tegni Galeni Antique tranſlationis. fo.cxvij.
Libri Tres Tegni Galeni tranſlatione Laurentij Laurentiani. fo.cxxxvj.
Textus duarum primarum Fen primi canonis Auicenne. fo.cliij.
Textus Fen quarte primi canonis Eiuſdem Auicenne. fo.cxcij.
Textus Fen prime Quarti canonis eiuſdē q̄ eſt de febrib'. fo.ccxviij.
Textus tertie: quarte: quinte Fen quarti Canonis eiuſdem in Chirurgia. fo.ccxcij.
Cantica Auicenne. fo.cccxxxix.
Textus noui ad Almanſorem qui eſt de egritudinibus a capite vſq; ad pedes. fo.ccclxj.
Summula Jacobi de partib' ſup antidotario Meſue. fo.ccclxxxix.
Deſcriptio ponderum medicinalium menſurarum ꝛ doſium ex breuiario Aliſar. fo.ccccliij.

¶ Incipiunt Hyſagoge Ioannitij in medicina.

MEdicina diuiditur ĩ duas partes: ſcilꝫ in theoricã ⁊ practicã. Quarũ theorica ĩ tria diuidit̃: ſcꝫ in ꝯtemplationẽ rerũ naturaliũ: et nõ naturaliũ: ⁊ earũ que ſunt ꝯtra naturã: ex q̃bus egritudis: ⁊ ſanitatis et neutralitatis: et ſuarum cauſarum et ſignificationum ſcientia procedit: quando extra curſum naturalem q̃tuoꝛ humoꝛes excreſcunt: ex qua occaſione vel ex qua ſignificatione egritudo habeatur.

¶ De rebus naturalibus.

REs ṽo naturales ſunt ſeptẽ ſcꝫ elemẽta: ꝯmixtiones: ꝯpoſitiones: mẽbꝛa: ṽtutes: operatões: ⁊ ſpiritꝰ. Et alij addiderũt his alia q̃ttuoꝛ ſcꝫ etates: coloꝛes: figuras: ⁊ diſtantiã inter maſculũ ⁊ feminam.

¶ De quattuoꝛ elementis.

ELementa ſunt q̃ttuoꝛ ſcilicet: ignis: aer; aqua: ⁊ terra. Ignis calidus ⁊ ſiccus. Aer calidus ⁊ humidus. Aqua frigida ⁊ humida. Terra frigida ⁊ ſicca.

¶ De cõmixtionibus.

COmmixtiones ſunt nouẽ: octo inequales: ⁊ vna equalis. De inequalibꝰ ṽo q̃ttuoꝛ ſunt ſimplices: hoc ẽ calidũ: ⁊ frigidũ: ⁊ humidũ ⁊ ſiccũ. Et q̃ttuoꝛ ex his ꝯpoſite. ſ. calidũ ⁊ hũidũ: calidũ et ſiccũ: frigidũ ⁊ hũidũ: frigidũ ⁊ ſiccũ. Equalis ṽo eſt quãdo cũ moderatione coꝛpus incolume ducitur.

¶ De humoꝛibus.

COmpoſitiões ſunt q̃ttuoꝛ. ſ. ſanguis: flegma: colera rubea: ⁊ colera nigra. Sanguis ẽ calidꝰ et hũidꝰ. Flegma frigidũ ⁊ hũidũ. Colera rubea calida ⁊ ſicca. Colera nigra frigida ⁊ ſicca.

¶ De flegmate. Flegmatis aũt q̃nq; ſunt modi. Eſt aũt flegma ſalſuꝫ calidiꝰ ⁊ ſicciꝰ ceteris: infectũ hũoꝛe colerico. Et eſt flegma dulce ꝑtinẽs ad caliditatẽ ⁊ humectationẽ: ĩfectũ hũoꝛe ſanguineo. Eſt ⁊ acre ꝑtinẽs ad frigiditatẽ ⁊ ſiccitatẽ: infectũ melãcolico. Eſt etiã flegma vitreũ qḋ naſcit̃ ex magna frigiditate ⁊ coagulatiõe: ſicut in ſenibꝰ naturali caloꝛe deſtitutis. Et eſt aliḋ frigidũ ⁊ hũidũ: illḋ ṽo ſapoꝛẽ nõ habet: ſed ꝓpꝛiam retinet frigiditatem ⁊ humiditatem.

¶ De colera rubea. ¶ Colera rubea quinq; modis conſtat. Eſt colera rubea clara vel pura naturaliter ⁊ ſubſtantialiter calida: cuiꝰ oꝛigo eſt ab epate. Alia eſt citrina: cuiꝰ exoꝛdiũ ẽ a ꝯpoſitiõe aquoſi flegmatis ⁊ colere rubee pure: ideoq; eſt calida minus. Alia eſt vitellina ſimilis vitellis ouoꝛũ: que naſcitur ex commixtione flegmatis coagulati ⁊ colere rubee clare: que eſt minus calida. Alia eſt colera praſſina ad modũ praſſij viridis: cuius oꝛigo magis eſt a ſtomacho q̃ ab epate. Eſt ⁊ alia eruginoſa ad modũ viridis eris: ⁊ exit ĩ modũ

veneni: que naſcitur ex nimia aduſtione que proprium habet colorē: propriamq; eius virtutem ꝛ malitiam. ¶ De colera nigra. Colera nigra duobus modis conſtat. Uno modo eſt naturalis in modum fecis ſanguinis: ꝛ eiuſdem perturbationis: ꝛ cognoſcitur eſſe a coloribus nigris cū inferius vel ſuperius extra manat: ꝛ iſte modus eſt veraciter frigidus ꝛ ſiccus. Eſt ꝛ alius modus extra naturalem curſum: cuius origo eſt de vſtione colerice commixtionis: ꝛ hic veraciter appellat̄ niger: ꝛ eſt calidior et leuior a ſuperiori modo habens in ſe impetum pernecabilem: ꝛ qualitatem pnitioſam.

¶ De modis membrorum.

Membrorum modi ſunt quattuor. Eorum enim ſunt quedam principalia: ꝛ ſunt quaſi materia ꝛ fundamenta: ſcilicet cerebrum: cor: epar: ꝛ teſticuli. ¶ Et ſunt alia quedā que predictis principalibus deſeruiūt: vt ſunt nerui qui cerebro miniſtrant. Arterie q̄ deſeruiunt cordi. Uene que deſeruiunt epati. Et vaſa ſpermatica q̄ deſeruiunt teſticulis: ꝛ illis ſperma miniſtrant. ¶ Sunt vero de mēbris aliam propriam virtutem habentia: vnde eadem mēbra regūtur ꝛ eorum qualitas conſtat: vt ſunt oſſa: ꝛ cartilagines: ꝛ mēbrane: que ſunt inter corium ꝛ carnem: et muſculi: ꝛ pinguedo: et caro. ¶ Alia ſunt que propria virtute eniꝛa; tamen principium habent ꝛ vigorem a principalibus fundamentis: vt eſt ſtomachus: renes: inteſtina: omneſq; lacerti: hec enim ſua virtute propria appetunt cibum ꝛ mutant: ꝛ operantur ſuos actus ſm naturam: habēt ꝛ alias proprias virtutes decurrentes a principalibus fundamentis: de q̄bus principalib⁹ cōſtat ſenſus ꝛ vita cum voluntario motu.

¶ De numero virtutum ꝛ diuiſione.

Uirtutis itaq; trina fit partitio. Eſt virtus animalis. Et ſpiritualis. Et naturalis.

¶ De virtute naturali. Uirtus ſiquidem naturalis vna eſt q̄ miniſtrat: altera cui miniſtratur. Sed naturalis virtus cui miniſtratur modo generat: modo nutrit: modo paſcit. Uirtus autem que miniſtrat ꝛ non miniſtratur ei modo appetit: et retinet: et digerit: et expellit que deſeruiunt paſcenti virtuti: quemadmodum paſcens virtus nutribili. Et generanti virtuti deſeruiunt alie due. Una que immutat cibum: altera que informat: que in ſe differunt. Nam prior virtus immutat cibum ꝛ miniſtrat virtuti generanti ſine informatione. Secunda vero immutat et miniſtrat generanti virtuti cum informatione. Sed informatiue virtutis operationes ſunt quinque. Aſſimilatiua: concaua: perforabilis: aſpera: et lenis.

¶ De v̄tute ſpirituali. De v̄tute ſpirituali duo pcedunt. Unū operatiuū: aliō ab h̄ operatū. Operatiua v̄t⁹ ē q̄ cor dilatat ꝛ arterias iterum conſtringit. Ab operata hec naſcūtur: ira: indignatio. vi

ctoria:dominatio:aſtutia:⁊ ſollicitudo.
¶De virtute animali.zodiaca virtus tria ꝯplectit̄.Eſt vna virtus
animalis q̄ ordinat ⁊ ꝯponit ⁊ diſcernit.Scd̄a q̄ mouet̄ voluntario
motu.Tertia que ſenſibilis vocat̄.De ordinatiua ⁊ diſcretiua ⁊ cō
poſitiua virtute hec ꝓcedūt.Fantaſia in fronte. Cogitatio vel rō
in cerebro.Memoria in occipitio.Uirtꝰ vero voluntarie mobilis
lacertos qbꝰ cetera mēbra mouent̄ mouet:q̄ voluntario motu mo
uent̄.Uirtꝰ itaq̄ ſenſibilis ꝯſtat viſu:auditu:guſtu:tactu: ⁊ odora
tu. ¶De operationibus.

Operatiōes duobus modis ſunt.Sunt operatiōes quaꝝ vna
queq̄ ſingulariter qđ ſuū eſt perficit.Ut eſt cibi appetitꝰ ꝑ ca
liditatē ⁊ ſiccitatē.Digeſtio per caliditatē ⁊ humectationē.Reten
tio per frigiditatē ⁊ ſiccitatē.Expulſio per illud qđ eſt frigidū ⁊ hu
midū.Sunt ⁊ ꝯpoſite q̄ a duobꝰ ꝯponūtur:vt eſt deſideriū:⁊ depor
tatio.Nā deſideriū virtute duplici ꝯponitur.Quarū vna eſt que ap
petit:altera q̄ ſentit.Stomachus em̄ ſuam manſionē ſentit.Depor
tatio vero duplici virtute vel amplius componit̄.Una q̄ expellit:al
tera q̄ attrahit vel ſentit:altera q̄ appetit.

¶De ſpiritibus.

Spiritus igit̄ ſunt tres.Primus naturalis qui ſumit princi
piū ab epate.Scd̄s vitalis a corde.Tertius aīalis a cerebro.
Hoꝝ primꝰ ab epate per venas q̄ nō hn̄t pulſuꝫ in totū corpꝰ diffū
ditur.Scd̄s a corde per arterias in totū corpꝰ dirigit̄.Tertiꝰ vero
per neruos in totū corpꝰ a cerebro dirigit̄:q̄ in ſeptima parte reruꝫ
naturaliū.i.in ſpiritu cognoſcūtur.

¶De numero etatum.

Quattuor ſunt etates.ſ.adoleſcētia:iuuentus:ſenectꝰ:⁊ ſeniū.
¶Adoleſcentia ꝯplexionis videlicet calide ⁊ humide eſt:in
qua creſcit ⁊ auget̄ corpꝰ vſq̄ ad.xxv.vel.xxx.ꝑuenient̄s annū.¶Hāc
iuuētꝰ ſequit̄ q̄ calida eſt ⁊ ſicca:ꝑfectū ſine diminutiōe viriū corꝰ
ꝯſeruās.q̄.xxxv.vel.xl.āno finit̄.¶Huic ſuccedit ſenectꝰ frigida ⁊ ſic
ca:in qua quidē minui ⁊ decreſcere corpꝰ incipit:tm̄ virtꝰ non defi
cit:quinquageſimoquinto anno vel ſexageſimo perſiſtens.¶Huic
ſuccedit ſeniū collectiōe flegmatis humoris frigidi ⁊ hūidi:in quo
virtutis appet defectus:qđ ſuos annos vite termino metit̄.

¶De colore cutis ⁊ diuiſione.

Color cutis duobus modis fit.Aut em̄ hūc interiora ſubmini
ſtrāt.Aut exteriora deducunt.
¶Ab interioribus aūt duobꝰ modis accidit.Uel ex abundantia.
Seu ab equalitate humorū.Ab equalitate eſt ille q̄ eſt ꝯpoſitus ex
albedine ⁊ rubore.Ab inequalitate vero ꝓcedūt niger:citrinꝰ:ru
beus:glaucus:⁊ albus color.Color nāq̄ rubeus:⁊ niger ⁊ citrinꝰ ſi
gnificant hūorē corpi dominātē.Citrinus vero ſolus ſignificat co

lerã rubeam. Niger vero ſol' colerã nigrã. Rube' ſolus abũdantiã ſanguinis. Alb' namq̃ꝫ glaucus abundãtẽ frigiditatẽ corpi domi nãtẽ. Sed glaucus ex melãcolia: alb' ex flegmate ſui cauſas habe⸗ re ſigt. ¶ Ab exteriorib' nẽpe colores aduenĩũt: ſicut ex frigore ſco tis: ꝛ ex calore ethiopib': ꝛ ex alijs multis accidẽtib'. ¶ Sunt ꝛ alij ſpeciales vel ſpirituales colores: aut ex timore: aut ex ira: aut ex tri ſtitia; vel alijs animi motibus.

¶ De coloribus capillorũ.

Capillorꝫ colores ſunt q̃ttuor. ſ. niger: rube': glauc': ꝛ canicies. Niger fit ex abũdãtia colerici incenſi vel ꝯbuſtione multa ſan guinis. Rube' a nimietate caloris nõ aduſti: vñ ſemper fiũt rubei capilli. Glauc' ex abũdãtia melãcolie. Canicies vero fit ex nimia de fectiõe caloris naturalis: ꝛ ex effectu putridi flegmatis; hoc pluri⸗ mũ fit in ſenib'.

¶ De tunicis oculorꝫ.

Oculorꝫ tunice ſunt ſeptẽ: ꝛ humores tres. Prĩa tunica dicit̃ re tina. Scõa ſecũdina. Tertia ſcliros. Quarta tela arãee. Qui ta vuea. Sexta cornea. Septima cõiũctiua. ¶ Hũorꝫ ṽo prim' eſt vitre'. Scõs criſtallin'. Et terti' albugine' q̃ eſt ante vueã tunicã.

¶ De colorib' oculorum.

Oculorũ colores ſunt quattuor. ſ. niger: ſubalbid': vari': ꝛ glau cus. ¶ Nigredo fit ex defectu viſibilis ſpũs: vel ex perturbatio ne ipſi': aut ex penuria criſtallini hũoris: vel q: plurimũ recedit in⸗ terius ipſe criſtallin' humor: aut ex hũorꝫ abundantia: q̃ eſt ſimilis albugini oui: aut ex ꝑtubatione ipſi': aut ex abundãtia qualitatis vuei humoris. ¶ Subalbedo fit ex ſeptẽ rebus ſuperioribus cõtra⸗ rijs. i. ex abundantia ſpũs viſibilis: vel claritate ipſius: aut ex ma⸗ gnitudine criſtallini hũoris ꝛ eminentia ipſi': aut ex minorãtia al⸗ buginei hũoris ꝛ claritate ipſi': ꝛ defectiõe qualitatis vuei hũoris. ¶ Vari' vero color ꝛ glaucus fit: ſi cõueniunt cũ rebus q̃ accidunt nigredini ꝛ ſubalbedini. ¶ Varius ṽo color ſignificat ſpiritũ viſibi lem magis abundare ꝛ clareſcere in ſua varietate.

¶ Glaucus vero color ſignificat ſpiritũ viſibilẽ magis abundare et ſubnigreſcere in ſua glaucedine.

¶ De modis qualitatũ corporis.

Modi qualitatis corpis quinq̃ꝫ ſunt ſcꝫ craſſitudo nimia: ꝛ ex tenuata macies: ſinthcſis: ſqualiditas: ꝛ equalitas.

¶ Craſſitudinis due ſunt ſpecies. ſ. abundãtia carnis: ꝛ pinguedo. Abundãtia carnis fit ex abundãtia caloris humorũ. Pĩguedo fit ex friditate ꝛ hũiditate itẽſa. ¶ Pĩguedis diminutio vl' extenuata ma cies fit. ex caliditate ꝛ ſiccitate itẽſa. ¶ Sithcſis fit ex frigiditate ꝛ ſic citate intenſa. ¶ Squaliditas nẽpe fit ex frigiditate: ꝛ intenſa hũi ditate: aut ſimul vtriſq̃ꝫ intenſis. ¶ Equalitas itaq̃ꝫ fit ex humorũ equalitate. Corporis he ſunt forme.

¶ De diſtantia inter maſculũ ꝛ feminam.

MAſculus a femina differt in eo quod hic calidior ⁊ ſiccior eſt:
illa vero eſt econtrario frigidior ⁊ humidior.

¶ Incipit tractatus reruꝫ nõ naturaliũ.
Et primo de aeris mutatione.

AEris mutatio fit quinqꝫ modis: aut eñi fit ex anni tem-
poribꝰ: ⁊ ex ortu ſtellaꝝ: ⁊ occaſu: vẽtis: terris ⁊ eaꝝ fumo
ſitatibus. ¶ De temporibus anni.

ANni tẽpora ſunt quatuor. ſ. Uer equale calidũ et
humidũ. Eſtas calida ⁊ ſicca. Autũnus frigidꝰ et
ſiccꝰ. Et hyẽs frigida ⁊ humida. Ex ſtellis immutat̃ aeris natura.
Nã cũ appropinquauerit ſol ſtellis vel ipſe illi. calidior fit aer. His
ꝗdẽ a ſe ſeparatis frigiditas aeris mutat̃. ſ. aut auget̃: aut minuit̃

¶ De numero ventorum ⁊ eorum qualitatibus.

UEnti quatuor ſunt. ſ. ſubſolanꝰ: fauonius: ſeptẽtrio: ⁊ auſter:
Quorum vnus habet virtutem frigidam ⁊ ſiccam. Alter ca-
lidam ⁊ humidã. Ceteri vo duo equalis virtutis ſunt. Quoꝝ vni. ſ.
ſubſolano caliditas ⁊ ſiccitas. Alteri vo fauonio frigiditas ⁊ humi
ditas attribuunt̃. Et auſter paulo calidior ⁊ humidior. Septẽtrio
vo frigidior ⁊ ſiccior. ¶ De modis terrarũ ⁊ earũ qualitatibus.

TErrarum modi ſunt quatuor: altitudo: profunditas: vicini-
tas montiũ ⁊ maris: equalitas terrarũ ſeu locorũ quibus ter-
re a ſe differũt. Altitudine ⁊ pfunditate: qm̃ altitudo frigiditatem
pfunditas huic cõtrariũ reddit. Propinquitate mõtiũ eueniunt
hec: qm̃ ſi ipſi fuerint a parte meridiana terra erit frigida. Nã mõ
tes calidis meridiani obſtãt vẽtis: ſeptẽtrionales vẽti frigidis eam
petũt flatibus: ſi vo ſeptẽtrio mõtes habuerit: ſuperiori terre cõtra
ria erit. Uicinitate maris: qm̃ meridies calidã ⁊ ſiccã: ſeptẽtrio fri-
gidã ⁊ ſiccã terrã prebet. Preterea terre ſui natura inter ſe differũt
Nã ſi fuerit terra petroſa: frigida ⁊ ſicca. ſi vo pinguis ⁊ craſſa: ca-
lida ⁊ hũida: lutea autem frigida ⁊ humida erit. Immutatur quoqꝫ
aer fumoſitate videlicet paludum ſiue putredinis alicuius; vnde
fiunt morbi ac peſtes in hominibus.

¶ De exercitio corporis.

EXercitiũ immutat corpꝰ. Quia qñ equale eſt: equalẽ pſtat ca
lorẽ. Cũ vo amplius fit: magis calefacit: ſꝫ poſtea infrigidat ⁊
deſiccat. Ocioſitate corpus immutatur: qr ſi inequalis eſt: ⁊ frigidi
tatem facit ⁊ humectationem inequalem: ſi vero equalis equaliter.

¶ De diuiſione balnei.

BAlnea auteꝫ dulcis ſunt aq̃: aut nõ dulcis. Sꝫ dulcis aq̃ bal
neum remollit: calidũ calefacit: ⁊ frigidũ infrigidat. Nõ dul
cis vero aque balneum deſiccat corpus. Quod ſi ex aqua ſalſa vel
amara ſiue ſulphurea fuerit calefacit ⁊ deſiccat. Si vero alumino
ſa ⁊ gipſea infrigidat et deſiccat.

¶ De modis ciborum.

MOdi ciborum ſunt duo. Eſt enim cibus bonus qui bonū gignit humorem. Et eſt malus q̄ malū gignit humorē. Bonū autem gignit qui bonum ſanguinē creat: ⁊ equalē in cōmixtione et opere: vt eſt panis mundus ⁊ recens ⁊ fermentatus: ⁊ caro animalis agni ⁊ hedullina. Malus aūt cōtraria operatur: vt eſt panis opir⁹ non recens ⁊ bouina ⁊ hyrcina caro vetuſta. Preterea bonū maliq̄ humorē creantiū ciborum duo ſunt modi: grauis atq̄ leuis. Grauis eſt caro porcina ⁊ bouina. Leuis pulloꝝ vel piſciū: caro mediocrium magis mobiliū ⁊ minus pinguiū ⁊ ſquamoſoꝝ. Eſt ⁊ aliud genus qđ malū generat humorē. ſ. colerā rubeā: vt naſturtiū ſinapis ⁊ alliū. Sunt q̄ generāt melancholiā: ſicut lens: caulis: caro caprina vet⁹ ⁊ bubulina. Et ſunt q̄ generāt flegma: vt ē caro porcelloꝝ: ⁊ agnoꝝ portulaca: ⁊ attriplex. Preterea grauis cib⁹ gignit flegma ⁊ colerā nigrā. Cibus leuis coleram rubeam: ⁊ vterq̄ malus.

¶ De modis potationum.

MOdi potationū ſunt tres. Eſt potus q̄ nihil aliud eſt q̄ pot⁹ vt aqua. Eſt ⁊ alius q̄ eſt potus ⁊ cibus: vt vinum. Et eſt alius potus duob⁹ pertinēs ſuperioribus: vt potio q̄ daī cōtra morbi vitium aliquod: vt mellicratū: vel mulſa: vel conditū. Cibus vero huius vtilitatis ē q̄ reparat integritatē corporis recto ordine. Pot⁹ vero hāc vtilitatē pſtat q̄ reportat cibū p corpus. Sꝫ illi⁹ pot⁹ quē potioni diximus pertinere: corporis naturam ad ſe conuertit.

¶ De ſomno.

SOmnus corporis naturā immutat. Primo q̄ infrigidat exterius: ⁊ calefacit interius. Qui ſi prolixus fuerit: infrigidat et humectat. Vigilijs quoq̄ immutatur corpus: quia extrinſec⁹ calefaciunt: intrinſecus autem infrigidant et exiccant.

¶ De coitu.

COitus hoc preſtat corpori. ſiccat corpus: ⁊ minuit naturalē virtutē: ideoq̄ infrigidat: multotiens vero ex multa cōcuſſiōe corpus calefacit.

¶ De accidentibus anime.

SUnt q̄dā accn̄tia aīe q̄ faciūt intra corp⁹ aliqđ: ſicut q̄ cōmouent naturalē calorē ab interiori parte ad ſuperiorē ſeu ſuperficiē cutis. Aut impetuoſe: vt ira. Aut leuiter cū ſuauitate: vt delitie et gaudiū. Sunt aūt q̄ ad caliditatē contrahūt ⁊ celāt. Aut impetuoſe vt terror vel timor. Aut leuiter vt anguſtia. Et ſunt que cōmouent naturalē virtutē intus ⁊ extra: vt eſt triſticia.

¶ Incipit tractatus rerum contra naturam.

TRia ergo contra naturā ſunt: morbus: morbi cauſa: et accidētia morbū ſequentia. Morbus eſt qui principaliter corpori nocet nullo mediatore q̄ eū adiuuet: vt calor in febre ſuccedente.

¶ De febribus.

FEbris eſt calor innaturalis:curſum ſupergrediēs nature:pro
cedēs a corde in arterias:ſuoqꝫ ledēs effectu. Cuiꝰ ſunt tria
genera. Unuz in anima:⁊ dicitur ephimera. Aliud de humoribus
qui putreſcunt ⁊ putrida nuncupatur. Tertium ledit membra ſoli
da:⁊ ipſa eſt ethica. Quartuz ephimera naſcitur ab accidenti occa
ſione. Putrida quoqꝫ a putridis rebus:cuiuſmodi ſunt ſimplices
atqꝫ ſingulares:⁊ ſunt quatuor. Primus modus eſt qui fit de putre
dine ſanguinis comburens vtramqꝫ partem interiorē ⁊ exteriorez
vt eſt ſinochus. Secundus qui fit de putredine colere rubee:vt ē tri
theus. Tertius fit ex putredine flegmatis:vt eſt quotidianꝰ. Quar
tus vero qui fit ex putredine melācholie:qui intermiſſis duobꝰ die
bus affligit infirmum:⁊ dicitur quartanus.

¶ De modis ⁊ ſpeciebus febrium.

MOdi preterea febrium ex putredine accidentium tres ſunt.
Eſt febrisque quotidie minuitur vt peraugmaſticus ideſt de
creſcēs. Et eſt q̄ augetur vt augmaſticꝰ donec recedat. Eſt qui in eo
dem ſtatu permanet donec iteruz recedat vt homothenꝰ. Cōtinua
febris de putredine venarum fit declinans quidem extra venas in
aliquibus corporis partibus. Horripilatio fit in febribus ex infu
ſione putredinis in ſenſibilibꝰ mēbris mordēs ⁊ infrigidās. Ideoqꝫ
horripilatio fit in febribus illis que habent aneſim.i. interpollatio
nem:quia putredines extra venas ſunt.

¶ De modis apoſtematum.

APoſtematum autem quattuor ſunt modi ſimplices. Aut eni
fiunt ex ſanguine ⁊ dicuntur flegmones. Aut ex colera rubea
⁊ dicuntur heriſipile. Aut ex flegmate quod eſt coagulatum:⁊ dicū
tur vndimie vel cimiie ideſt tumor. Aut ex colera nigra:⁊ dicūtur cā
cri flegmonum. ¶ Ex ſanguine ſigna ſunt hec:rubor:duritia pul
ſus:dolor:calor:⁊ tumor. ¶ Ex colera flegmonum ſigna ſunt hec:
calor:rubor mixtus citrino colori:magnitudo doloris cū punctiōe
et velox augmentatio. ¶ Ex flegmate flegmonis ſigna ſunt hec:al
bedo:mollities:vt ſi digitum impreſſeris:quaſi ſignum facit fora
minis:⁊ eſt ſine dolore. ¶ Ex colera nigra flegmonis ſigna ſunt hec
durities ingens cum nigredine abſqꝫ ſenſu.

¶ De re naturali in humano corpore.

IN humano corpore vnaqueqꝫ res naturalis ſi propriā natu
ram retinuerit facit ſanitatē. Si vero eam dimiſerit:aut fa
cit egritudinem:aut neutrum.

¶ De generibus egritudinum.

GEnera egritudinū ſunt tria.ſ.conſimile:officiale:⁊ vniuerſale
¶ Eſt quidē egritudo ꝯſimilis ſiſibus mēbris ꝯtingēs que ſi
milia ſortiunt vocabula cū eadē paſſione:vt eſt caput dolēs. ¶ Et
eſt officialis egritudo q̄ accidit officialibꝰ mēbris:ſicut ſunt pedes
manus lingua dentes ⁊c. Que noīa ſibi ſumūt ex ſibi accidēte infir

mitate:vt podagra pedi:⁊ ciragra manui. Uel q̄ noīa ſumūt ex mē
bris q̄b⁹ accidūt vt ciragra ⁊podagra. ¶Et eſt deniq̄ vniuerſalis
egritudo q̄ ſociať ſupradictis duab⁹:vt ē mēbroꝝ ſeiūctio ⁊palyſis.

¶De egritudinibus ſimilibus membris.

EGritudines ergo que partiū habent ſimilitudineȝ octo ſunt:
quatuor ſimplices:⁊quatuor ꝯpoſite. Simplices ſunt aut ex
ſola caliditate:aut ex hūiditate:aut frigiditate:aut ſiccitate. Ex
his inter ſe iūctisſunt q̄tuor ꝯpoſite.ſ.fri.⁊humi.fri.⁊ſic.ca.⁊humi
dū.ca.⁊ſic. ¶Harū octo per ſingulas duo modi ſunt egritudinis.
Aut eni͡ fit ex qualitate ſimplici. Aut ex humoris alteri⁹ ꝯmixtiōe.
Ex ſimplici ꝟo qualitate cōtingit infirmitas q̄ ſolidis accidit mē
bris q̄ grece ethica dr̄. Egritudo calida q̄ ex humore accidit:eſt fe
bris ex putredine: vt ſuperi⁹ dictū eſt. Egritudo frigida q̄ ſine aliq̄
hūore accidit:eſt vt algor ex nimia frigiditate aerisſeu niuis. Et ē
egritudo q̄ cū aliquo humore frigido accidit:vt palyſis q̄ fit in to
to corpore:aut in parte. Mod⁹ humectati morbi eſt q̄ fit proprie vt
non indigeat alterius humoꝝ admixtiōe:vt eſt frigidū vuln⁹: vel
vacuū:vel fetidiſſimū cū tabiditate corporis: quēadmodū inflata
caro hydropicorum vacuo ſqualore torpens. Morbus vero humi
dus eſt alios trahens ad ſe humores:vt hydropiſis. Morbus ſicc⁹
eſt cum humore:vt cancer durus ⁊ ſiccus.

¶De morbis in officialibus membris.

MOrbi in officialib⁹ mēbris accidētes q̄tuor ſunt. Ipſi ſunt
q̄ accidūt in plaſmatiōe.i.forma creature:⁊in quātitate mē
broꝝ:⁊in naturalis numeri ſuperfluitate:⁊in mēbrorū poſitione.
¶De morbis in plaſmatione. Morbi officialium in forma homi
nis quinq̄ modis fiunt. Membroruȝ inconuenientia:vt eſt feda ca
pitis longitudo. In cōcauitatibus:vt ſi manuum pedumq̄ conca
uitas carne repletur. In poris:vt eorum ſtrictura:aut largitas. In
aſperitate:vt gutturis:aut pulmonis canaliū aſperitas. In lenita
te:veluti matricis lenitas vel ſtomachi.
¶De morbis in quantitate membrorū. Morbi in quātitate mem
brorum fiunt ex abundantia ſpermatis cū mēbra creſcūt amplius
q̄̄ decet. Sicut videm⁹ fieri in magno capite:⁊in līgua groſſa. Aut
vltima paruitate ⁊ indecenti:vt paruum caput: ſtomach⁹ ⁊ epar.
¶De morbis in nūero mēbroꝝ. Morbi in nūero mēbroꝝ fiunt:aut
ex augmēto: aut ex diminutiōe. Scđ̄ȝ augmētū quidē:aut ex curſu
nature:vt ſuperflu⁹ digit⁹. Aut extra curſuȝ:vt lumbrici:aſcarides
verruce:⁊acrocordines ideſt magne carnis additiones:vel verru
ce magis late:vel pori. Secundū diminutionem ꝟo aut vniuerſali
ter vt omnium digitorū abſciſſo. Aut particulariter vt vn⁹ digit⁹
¶De morbis in ſitu mēbroꝝ. In poſitiōe mēbroꝝ fiūt morbi:q̄t ꝓ
pter mēbri motionē de loco ſuo:q̄t ex diſpoſitiōe vicini membri:vt
ſunt digiti ⁊labia:q̄ cōglutinanť:vel adherēt ⁊ nō ſeparanť:aut q̄

ſeparātur ⁊ non conglutinantur. Sed ſeparatio adherētis mēbrī
vniuerſaliter fit: aut in mēbris ꝯſilib⁹: aut officialib⁹. Cōſilib⁹ mem
bris vt oſſibus. ⁊ neruis: carne: venis lacertis: ⁊ cute. Qꝺ ſi acciderit
oſſi: fractura dicit̄. Si carni ex recenti tpe: plaga dicit̄. Si vero ex
veteri: non tātum plaga ſed putrida plaga nuncupatur. Qꝺ ſi ve
nis: neruis: ⁊ arterijs alio atq; alio nomine nuncupat̄. Si aūt euene
rit medijs lacertis: contuſio ſiue cōtritio nūcupat̄. Si vero in cute:
excoriatio dr̄. Que ſi inueterauerit putrida plaga nūcupat̄. In offi
cialib⁹ ꝟo mēbris ꝑpetua fit ſeꝑatio: vt eſt man⁹ vel pedis abſciſio.

¶ De qualitatibus corporum.

Corporis qualitates ſunt tres ſcʒ ſanitas: egritudo: ⁊ neutra
litas. ¶ Sanitas eſt tꝑamētū perficiēs vel cuſtodiēs res natu
rales ſ̄m curſuʒ nature. ¶ Infirmitas eſt intēperātia extra curſuʒ
nature naturā ledens: vnde fit leſionis effect⁹ ſenſibilis. ¶ Neutrū
q̄dē eſt qꝺ nec ſanū nec infirmū dicit̄. ¶ Sed neutralis q̄litas trib⁹
modis ꝯſtat. Ut ſi in vno corꝑe ſimul cōueniāt infirmitas ⁊ ſanitas
In diuerſis mēbris: vt eſt in corꝑe ceci ⁊ claudi: ſiue in corꝑe ſenis:
cui nec vnū membrū remanet qꝺ non malū fiat ⁊ patiat̄. Et ſi corp⁹
hois aliquib⁹ horis ſanū fuerit: alijs vero infirmū: vt eoꝝ q̄ eſtate in
firmant̄: hyeme ſani ſunt. Qui aūt frigidioris nature fuerint: hye
me infirmātur: eſtate ſani ſunt. Et q̄ humidā naturā habuerint: in
pueritia infirmātur: in iuuentute ⁊ ſenectute ſanantur. Qui vero
ſiccā habuerit naturā: in pueritia ſani ſunt in iuuentute aūt ⁊ ſene
ctute infirmantur. ¶ In trib⁹ inuenitur rebus ſanitas ⁊ infirmitas
⁊ neutrū. Aūt in corpore in quo trium qualitatū vnaqueq; reperit̄.
Aut in cauſa faciente illas: ⁊ regēte: ⁊ cōſeruāte. Aut in ſignifica-
tionib⁹ eas ſignificantibus.

¶ De modis occaſionum.

Occaſionis ꝟo duo ſunt genera: vnū eſt naturale: ⁊ eſt aliud ex
tra curſum nature. Occaſiones aūt naturales: aut faciūt ſa-
nitatē: aut ꝯſeruāt. Occaſiones conſeruātes ꝑtinent ad ſanitatem
Facientes vero pertinēt ad infirmitatē expellēdā. Occaſiōes nō na
turales aut q̄ vltra naturā procedūt: alie pertinēt ad infirmitateʒ:
alie ad neutralitatē. Sed egre occaſiōes faciunt infirmitatē: ⁊ ſunt
res eaſdē infirmitates ꝯſeruātes. Ille vero q̄ pertinēt nec ad ſanita
tē nec ad infirmitatē: ꝯſtituūt neutrū atq; ꝯſeruāt.

¶ De occaſionib⁹ ſanitatis ⁊ egritudinis vel infirmitatis.

Omniū occaſionū ſocietatē habentiū cū ſanitate ⁊ infirmitate
ſex modi ſunt. Quoꝝ vnus eſt aer: qui hūanū corp⁹ circūdat.
Cibus ⁊ pot⁹. Et motus: ⁊ quies. Somnus: ⁊ vigilie. Inanitio: ⁊ re
pletio. Et accidentia anime. Que oīa ſi cū moderatiōe decenti fue-
rint: ⁊ in quātitate: qualitate: tpe: opere: ⁊ ordine: cuſtodiūt ſanita-
tē ab accidentibus. Quod ſi cōtra hoc aliquid fuerit: accidūt infir
mitates: ⁊ permanent.

¶ Modi occaſionũ infirmitatē facientiũ ſunt tres. Nã alie ſunt q̄ vocãtur primitiue q̄ exterius accidũt corpori vt calor ⁊ frig⁹. Sunt ⁊ accidẽtia q̄ admouẽtur intrinſecus in corpe: vt repletio: ⁊ inanitio. Sunt ⁊ alie q̄ vocanꝭ ꝯiuncte: q̄ cum adſunt: adeſt infirmitas: ⁊ abeuntib⁹ his infirmitas abeſt vt putredo in febribus.

¶ De diuerſitate egritudinũ.

Egritudinũ ſ'm aliam diuiſionē modi ſunt duo. Cõiter aut ꝓprie. Que cõiter accidũt aut accidẽtaliter: vt percuſſio: cõbuſtio: morſus: deceptio: ⁊ cetere res nociue. Aut neceſſario: vt alia ſuperi⁹ memorata q̄ vt dictũ eſt ſunt ſocia ſanitati ⁊ infirmitati. Que vero ꝓprie ſunt egritudines: aut ſunt in ꝯſimilib⁹ mẽbris ⁊ ꝯſeruãt egritudinē: aut officialib⁹: aut in continua diuiſione.

¶ De modis morboꝝ ex caliditate ꝓcedentium.

Modi morboꝝ ex caliditate procedentiũ quinqꝫ ſunt. ¶ Primus fit ex cõmotione ſpirit⁹: aut ex cõmotione corporis. Ex cõmotione ſpiritus vt ira. Ex cõmotione corporis vt labor vel ſuperbia. ¶ Scd̃s vt eſt concurſus viſibilis caliditatis cũ effectu: vt hypantb aſis. i. expoſitio ad ſolem.
¶ Tertius ex caliditate corpi aduenientē cum poteſtate q̄n̄ recipit caliditatē ex vſu acruminũ. ¶ Quart⁹ fit ex interclūſiõe poroꝝ. vt ex frigiditate hyemis. Quĩt⁹ fit ex putredine humoꝝ: vt in febrib⁹.

¶ De cauſis frigidoꝝ morborum.

Occaſiones frigidorũ morboꝝ octo ſunt. ¶ Prima eſt occurſus frigoris viſibilis cũ effectu: vt frigiditas niuis. ¶ Scd̃a vt frigiditas opij adueniens fortiter humano corpi. ¶ Tertia ex abũdantia ciboꝝ corpori adueniente atqꝫ replente ⁊ extinguẽte naturalem calorē. ¶ Quarta ex paruitate ciboꝝ: vnde calor naturalis extinguiꝭ. ¶ Quinta vero ex abundãtia frigoris vel humoris frigidi poros obturantis: vnde naturalis calor minuitur. ¶ Sexta ex diſſolutiõe ⁊ apertiõe corporũ ad diſſoluẽdũ ⁊ euacuãdũ naturalē calorē. ¶ Septima ex cõmotiõe ⁊ exercitio nimio: vnde fit multa diſſolutio humoꝝ ⁊ euacuatio ⁊ ſudor: vnde corp⁹ attenuaꝭ.
¶ Octaua fit ex requie ⁊ occaſione multa.

¶ De cauſis ſiccoruꝫ morborum.

Siccorum morboꝝ occaſiones ſunt quattuor. ¶ Prima eſt occurſus aliene ſiccitatis viſibilis ac manifeſte cũ effectu: vt veneni ſiccitas. ¶ Scd̃a ṽo ex aduẽtu ſicce rei in corpe cũ fortitudine vt acetũ ſal ſinapis. ¶ Tertia paruitas cibi ⁊ pot⁹. ¶ Quarta ꝯmotio nimia ⁊ exercitiũ.

¶ De cauſis morboꝝ humidoꝝ.

Occaſiões morboꝝ hũidoꝝ quattuor ſunt. ¶ Pri̇a vt occurſ⁹ rei afferẽtis hũorē cũ effectu: vt balneũ. ¶ Scd̃a vt ingreſſio rei afferẽtis hũorē cũ virtute in corpe: vt recẽtes piſces. ¶ Tertia aũt vt nimietas cibi ⁊ pot⁹. ¶ Quarta ſicut requies ⁊ ocium.

¶De modis morboꝝ.

MOdi morboꝝ ex innaturali malitia cū aliquo hūore decurrentium ad infirma loca quatuor ſunt. ¶Prim⁹ eſt ꝟt⁹ mēbri impellētis ꝛ debilitas mēbri ſuſtinētis. ¶Secūd⁹ multitudo humoris. ¶Tertius debilitas virtutis nutrientis. ¶Quartus largitas vie pororum.

¶De malitia egritudinis.

MAlitia egritudinis ingredit̄ ꝛ ſuꝑuenit in ꝯſimile mēbrū naturale q̄nq; modis. Aut ꝯtigit in vtero materno. Aut in tēpore natiuitatis. Aut cū ꝯſtrigit̄ faſcia. Aut ex malo nutrimēto: ſiue ex aliqua infirmitate adueniēte in ꝑdictis tēporib⁹ vł poſtea. Si tēpore ꝯceptionis in vtero debilitat̄ aliqđ ꝯſimile mēbrū fit ex abundātia ſpermatis: aut ex paruitate ꝛ indigētia ꝯueniētis q̄litatis ſpermatis: vt ſi fuerit groſſuz ꝛ pingue: vel aquoſuz: ꝛ tenue. ¶Quādo ꝟo naſcit̄ infans debilitat̄ aliqđ in eo mēbrū ſi egreſſ⁹ fuerit nō eq̄ ſed mala egreſſione vt ſupin⁹: aut ſuꝑ genua incuruus. ¶Cū igitur faſcia ꝯſtringit̄ i ncōuenienti ꝯſtrictiōe duplicat⁹ debilitat̄. ¶Quādo aūt nutrit̄ male ꝛ incōueniēter lac: ſuggendo vel accipiēdo debilitat̄. ¶His vero temporibus vel poſtea infirmitate accidēte egritudinis malitia conſimili mēbro ſuperuenit ex cuiuſlibet nerui inciſione. Et ſi paſſus fuerit, ex aliquo accidenti: ſiue debilitatem ſeu vulnus: vel apoſtema.

¶De egritudinibus mēbroꝝ cōſimiliū.

INgredit̄ egritudo ꝯſimile mēbrū naturale ſeptē modis. Aut ex obſtetrice ſi culpam habuerit cū tenet infantē. Uel ſi ꝑmiſerit ābulare añ debitū tēpus ſeu ꝯgruū. Uel ex medico: ſi ꝯtrafacta ꝛ colliſa mēbra ignoranter conſtituerit: et ꝯſtrinxerit. Ex infirmo ſi ea ꝯmouerit a medico ꝯpoſita anteq̄ ſolident̄ et firma ſint. Ex fractura: vt ſi ſuper muſculuz vertebri qđ in femore eſt, contorqueatur coxa. Aut ex concuſſione: vt ſi comprimatur naſus ꝛ accidet vt fiat chimus. Aut ex malo humore qui accidit leproſis: ſiue ex paruitate humoris accidentis ptiſicis.

¶De modis conſtrictionis: et largitatis pororū: lenitatis ꝛ aſperitatis.

COnſtrictio pororum fit trib⁹ modis vel occaſionib⁹. Aut ex ꝯſtrictione attenuatoria. Aut ex carnoſitate. Siue ex coartatione. ¶Cōſtrictio ꝟo fit: aut ex nimietate ꝟtutis retinentis. Aut ex debilitate ꝟtutis expellentis. Aut ex abundātia frigoris. Aut ex abūdāti ꝯſtrictione ꝯprimente aliquā partē loci: vt ſepe fit ex ligatura ꝯſtricta. Aut ex abūdantia ſiccitatis. ¶Ex carnoſitate ꝟo cōſtringuntur pori: vt ſi acciderit aliqđ apoſtema: et fiat carnoſitas: aut ſi prius euenerit aliquod vulnus. ¶Ex coartatione vero cum deciderit aliquid in poris: vt humor ſiue lapis ſeu coagulatus ſanguis: aut aliqđ latitās in eis: vt ſuꝑflua caro ꝛ ſcabies. ¶Largitas

quoqꝫ pororū ꝗttuor fit modis. Aut ex multa ꝯmotione impellentis
ꝟtutis. Aut ex debilitate retinentis. Aut ex abundātia colorū ⁊ hu
morū. Aut ex medicamentis aperientibꝰ. ¶ Lenitas accidit duobus
modis: videlꝫ de intꝰ: ⁊ deforis. Sed intꝰ ex humore viſcoſo lique‑
facto. Foris ꝟo ex cera liquefacta cū vnguento. ¶ Aſperitas autem
duobꝰ modis fit: de intꝰ: ⁊ de foris. Intꝰ nāqꝫ ex ſuꝑfluo hūore ⁊ acu
to. Foris ꝟo ex fumo ⁊ puluere. ¶ De ſuꝑfluitate mēbroꝝ ī numero.

Superfluitas mēbrorum in numero accidit duobꝰ modis. Nā
ſuperfluitas ſi fuerit naturalis erit ex ſuperfluo humore natu
rali ⁊ bono: vel ex abundantia virtutis informatiue. Que ſi fuerit
extra curſum naturalem erit ex humore nō naturali ⁊ incōuenienti
aut ex abundantia virtutis vel debilitate.

¶ De diminutione membroꝝ.

Diminutio mēbroꝝ in numero duobꝰ ſimilit̄ fit modis: aut
interiꝰ: aut exteriꝰ. Interiꝰ ꝓpter diminutionē humorū. Ex
teriꝰ ex ꝯbuſtiōe ignis: aut ex frigore ſiue putredie: ſiue inciſiōe. Pu
tredo aūt accidit: aut ex potiōe mortificante: aut putredinē faciēte
aut ex cōſtrictione ⁊ retentione illiꝰ humoris qui ſoluitur.

¶ De magnitudine membroꝝ.

Magnitudo mēbroꝝ tribꝰ modis fit. Aut ex multitudine hūo‑
rū. Aut ex abundātia ꝟtutis. Aut ex ꝯmixtione vtrorumqꝫ.
¶ Paruitas fit tribus modis ſimiliter. Aut ex debilitate ꝟtutis:
Aut ex inciſione. Vel ꝯbuſtione ignis: vel ex frigore niuis.

¶ De cōmotione membri.

Commotio membri de ſuo loco duobꝰ modis fit. Aut ex cōmo
tione voluntaria. Aut ex humore vicino equitati diſſoluenti
mēbruꝫ ⁊ lubricū facienti. ¶ Mēbrum vel os egredit̄ a ſua iunctu‑
ra ⁊ mutat̄ duobꝰ modis ſimiliter. Aut ex iunctura ī qua nō ꝯuenit
ſeparatio. Aut ex ſeparatione vbi nō cōuenit iunctura. Si ex con‑
iunctione hoc fuerit ſine ſeparatione: aut erit ex humore acuto pa‑
tientis: aut ex accidenti vulnere: aut ſpaſmo. Si ꝟo fuerit ex ſepara
tione vbi nō conuenit cōiunctio: aut ex groſſo humore: aut ex acci‑
denti vulnere: aut ex ſpaſmo.

¶ De ſeparatione iuncture.

Sepatio iūcture duobꝰ modis fit: aut intrinſecꝰ. aut extrinſecꝰ.
¶ Intrinſecꝰ ꝟo fit: aut ex hūore acuto ⁊ incidenti. Aut ex vē‑
toſitate pingui diſtendēte vel diſſipante. ¶ Extrinſecꝰ ꝟo fit: aut cū
ſciſſura: aut fractione. aut exercito nimio: aut inciſione vt enſis: aut
qđ diſtendit vt funis: aut qđ contundit vt lapis.

¶ De modis ⁊ numero ſignificationū.

Genera ſignificationū ſunt tria. Alia enim ſignificāt ſanitatē.
Alia egritudinē. Alia neutrū. ¶ Quarū ſignificationū vnū qđ‑
qꝫ genꝰ ī duo partit̄. Sūt eñ ꝗ ſignificāt de officialibꝰ mēbris. Et
ſunt ꝗ ſignificātur de conſimilibus mēbris. ¶ Conſimiliū ꝯtiū ſignī

ficationū duo ſunt modi. Alie eñ ſunt ſubſtātiales. Alie accidētales Subſtātiales vero ut eſt calor: frigiditas: ſiccitas: ꝛ humectatio. Accidētales aūt q̄dā ſignificāt: aut ꝑ tactū vt durū: molle. q̄dā ꝑviſum vt coloratū. quedam per perfectionem virtutū: vt ſunt operationes plene ꝛ perfecte.

De ſignis officialium membrorum.

Significationū mēbroꝝ egritudinis officialiū duo ſunt mōi ſimiliter: ſcꝫ ſubſtātiales: ꝛ accidētales. Subſtantiales ſignificationes q̄tuor ſunt ars: modꝰ: numerꝰ: ꝛ poſitio. Accidētales ſignificationes ſimiliter quatuor ſunt: bonū: malū: perfectum: ꝛ imperfectum.

De generibus ſignificationum.

Genera ſignificationū ꝑficiētiū ſuū genꝰ tria ſunt. Quedā ſunt q̄ ſignificāt ꝑteritā rē qiā abijt: ꝛ dicunt̄ cognitiua: vel agnitiua vt vidētes corpꝰ humidū agnoſcimꝰ q: ſudor ꝑceſſit. Alia ſignificāt preſentia q̄ a Galeno dicunt̄ demōſtratiua: ꝛ agnoſcunt̄ ꝑ ſignificatiōes veluti cū iuenit̄ pulſus magnꝰ ꝛ citatꝰ. intelligimꝰ q̄d ſignificat calorē ſuperātē. Sunt ꝛ alia q̄ ſignificāt futurū ꝛ antecedit agnitio: vt cū viderimꝰ labiū īferiꝰ citari ꝑcipimꝰ vomitū accidere: q̄ poſtq̄ acciderit vocat̄ preceſſio ſignificatiua. Sed inter ſignificatiōes ꝛ accidētia diſtat: q̄ñ eſt diuiſio cū augmēto inter eas. Q̄d ſi vnāquamq; diniſionū ſcrutari volueris: vnā habet habitudinē: ſꝫ infirmo hec ſunt accidentia: medico autem ſignificationes.

De ſignis accidentium ꝛ numero.

Accidētia ergo ſignificatiua tria ſunt. Aliḋ eñ eſt virtꝰ operatiua mutata: ſicut indigeſtio. Aliud aūt corꝑis qualitas mutata: vt icteritia. Aliud exiens a copore: vt nigra vrina.

De virtutis operatiue immutatione.

Virtutis operatiue immutatio triplex eſt. Aut eñ ex toto eſt: ſicut indigeſtio. Aut ex parte: ſicut oculoꝝ obſcuritas vel tarda digeſtio. Aut de qualitate in qualitatē. velut de bona digeſtione in fumoſam vel acidā vel quaſi ſicut muſca: vel ligna in oculis apparētia: aut ex ꝑteviſus vel obſcuritas.

De modis mutationis qualitatis.

Qualitatis mutate corꝑis ſignificatio q̄tuor mōis fit. Aut eñ ꝑviſuꝫ ſicut icteritia vel morphea: ꝛ nigredo ſiguerſiſia. Aut ꝑ odoratū: vt anhelitꝰ fetidꝰ vł ſudor: vł polipꝰ: vel hyrcꝰ: ꝛ fiſſa. Aut per guſtū: vt ſalſum: amarū: vel acidū. Aut ꝑ tactū: vt molle ꝛ duruꝫ.

De exeuntibus a corpore.

Exiens a corpore biꝑtita eſt ſignificatio: vna cū ſonitu: altera ſine ſonitu. Cū ſonitu vt oris ructꝰ: vel inteſtinoꝝ rugitꝰ: vel ꝑ anū ventus. Eius vero q̄ eſt ſine ſonitu innaturali tripliciter habet̄. Alia quantitate: vt lienteria. Alia q̄litate vt vrina nigra. Alia vtraq; vt ſanguinis fluxus.

De motione membrorum.

MEmbroꝝ mutatoꝝ ſignificatio bifarie diuidit: intrinſec⁹ vel extrinſec⁹. ❡ Intrinſec⁹ ſex mōis. Alia eñi a mutatiōe opatiue v̄tutis in mēbro. Alia ab exeūtib⁹ a corpe. Alia ex dolore in mēbro vicino ptinēti. Alia ex pprio loco. Alia ex innaturali ſemotione de loco. Alia ex patiētis iudicio. ❡ Extrinſec⁹ fit trib⁹ mōis. Aut per viſu: vt albū vel nigrū. Aut p tactū vt durū ꝛ molle: calidū ꝛ frigidū. Aut p vtrumq̄: vt magnum vel paruū: plus vel minus.

❡ De occaſionibus egritudinum.

OCcaſiones egritudinū ſunt tres. Nature mutatio. Officialis membri inconueniens habitudo. Juncture ſeparatio.

❡ De operatione medicine.

OPeratio medicine h꞉ triplicē effectū. Aut eñi cuſtodit ſanitatem ſecundum multitudinem ſuam. Aut ex infirmitate facit ſanitatem. Aut econtrario.

❡ De regimine ſanitatis.

REgēdoꝝ ſanoꝝ triplex eſt mod⁹. Egrotare parati. Incipiētes infirmari. Et defecti. ❡ Infirmari paratos ſupradictoꝝ ſex cōpetēti moderatiōe regim⁹. Incipiētib⁹ infirmari duplicē curā adhibemus. Aut eñi cbimi ſupabūdātiā trahim⁹. Aut nature ꝯfectionē reparando: ꝑdictoꝝ ſex q̄ ſunt neceſſaria adhiberi ꝑcipim⁹. Defectorum alij infantes: alij ſenes: alij ex infirmitate conualeſcentes.

❡ De diuiſione medicine in generali.

OMnis medicina aut eſt vl'is: aut ꝑticularis. Vl'is eſt ſex ꝓcedētiū recta ordinatio. Particularis p ꝯtrariū fit triplex. Alia eñi in ꝯſil'ib⁹ mēbris. Alia in officialib⁹ mēbris. Alia in iūcturaꝝ ſeparatiōe. [illegible]tina mēbra mutata reddim⁹ ſilitudini ꝛ in ſua q̄litate ſtare colligādo cōpeſcim⁹. ❡ Cōcaua ſi ꝓter modū ampliata fuerint ad ſui modū ꝯſtringim⁹ ꝛ q̄etē inducim⁹. Si min⁹: cōtrariū. In largis aūt ſimiliter addito cōtrario cauſe: vñ vitiū acciderit: foramina ſtrictiora ſuo mō facim⁹. Si defectu ꝯtētiue v̄tutis ꝯtigerit fomētis ꝛ cataplaſmate mollim⁹. Q̄ ſi de expulſiue eſt defectu: dyaforeticis ꝛ cōfortatiuis. Si de ſtiptica cā: mollificatiōe. Si de ſicca: humectatiōe. Si de cōſtrictiōe: ſolutiōe. Ea v̄o q̄ de naturali diſpoſitiōe fuerint mutata: ſuo loco reſtituim⁹. Si de apoſtemate apoſtema maturādo ſanam⁹. Si de naturali iūctura: eā aut aperitiuo medicamine: aut chirurgia diſiūgim⁹. Si de qualibet naſcētia: ip̄am delemus. Si de aſperitate: lenitate. Si de lenitate: aſperitate.

❡ De ablatione ſuperfluitatis.

SUperfluitatē in numero aut tollemus ex parte: vt ſcrophulas Aut ex toto: vt cācrū. Separationē in numero ſanamus. Si ex abūdātia ſanguinis fit: in omni etate tollim⁹. Si ex ſpermate in pueritia tñi ſanam⁹. Paruitatē membroꝝ motibus ꝛ fomētis admodū augmentamus. Magnitudinem vero comprimendo quiete mutamus et minuimus.

¶ De mutatione membrorum.

MUtationē mēbri de ſuo loco reddimꝰ loco ꝓprio duobꝰ mōis Aut eñ ſeparatū iūgimꝰ. Aut iūctū ſeparamꝰ. ¶ Neceſſaria ad ſeparatoꝝ iūcturā quattuor ſunt. Separata iūgere. Iūcturā cuſtodire. Ne reſcindatur defendere. Naturam loci cuſtodire.

¶ De ſufficientia ⁊ diuiſione medicine.

OMnis eñ medicina eſt: aut eoꝝ ſex modis q̄ ſupra diximꝰ tēperata exhibitio. Aut potio. Aut chyrurgia. ¶ Operatio medicīe hꝫ triplicē effectū. Intus vt ea q̄ ore: aut naribꝰ: auribꝰ: ſiue ano: ſiue vulua ītromittamꝰ. Foris vt epithima: cataplaſma: ēplaſtra: ⁊ ſīlia q̄ foris opanť. ¶ Medicine īterioris opatio in tria diuidiť. Aut eñ ſoluit vt farmacia. Aut ꝯprimit: vt coctana. Aut mutat q̄litatē: vt aq̄ frigida ī febribꝰ. ¶ Eiꝰ aūt effectꝰ q̄druplex eſt. Aut eñ minuit abūdātiam vt farmacia. Aut replet inopiā: vt caro vel ſanguis. Aut conſtringit ſolutum: vt ſtipticuꝫ. Aut mutat qualitatē: vt frigida aqua in febribus.

¶ De chyrurgia.

CHyrurgia duplex eſt: in carne: ⁊ oſſe. In carne: vt īcidere: ſuere coquere. In oſſe: vt ſolidare: aut innectere: aut radere.

¶ De ſpecierum cognitione.

SPecieꝝ cognitio quinqꝫ modis fit: qualitatis: quantitatis: tēporis: ordinis: boni mali ve diſcretio.

¶ Libri Hyſagogarum Ioannitij cum dei laude

Finis.

Articella.

¶ Incipit liber philareti de pulſibus.

INtētionē habemꝰ in p̄ſenti cōſcriptiōe de pulſuū negocio ꝯpēdioſam exponere traditionē ⁊ dicere ꝑmum q̄d ſit pulſus: ⁊ q̄ vtilitas pulſus: ⁊ q̄d eſt arteria: ⁊ quare dicatur arteria: ⁊ vnde exoritur.

¶ Quid eſt pulſus.

INcipiēdū a ꝑmo. Pulſus eſt motio cordis ⁊ arteriaꝝ q̄ fꝫ diaſtolē ⁊ ſiſtolē ſit ad infrigidationē caloris innati: ⁊ egeſtionē vel eiectionem fumoſaꝝ ſuperfluitatum.

¶ Quot ſunt efficientia pulſuum.

EFficiētia pulſuū ſunt tria: virtꝰ faciēs motionē: vtilitas īducēs ⁊ inſtrumentum obediens.

¶ Quid eſt arteria.

ARteria eſt corpꝰ oblōgū rotūdū ad inſtar canalis: duabꝰ tunicis ꝯſiſtēs: a corde incipiēs: ⁊ in oē corpꝰ diuiſum: aerē ⁊ ſpiritū vitalem continens.

¶ Unde dicitur arteria.

ARteria dicitur a para topyr: ideſt ſeruare aerem vitalem.

¶ Unde oritur arteria.

Hec vō a ſiniſtra auricula cordis q̄ dr̄ adorti exorit: q̄ ſcindit dupliciter. Et hec q̄dē fert deorſuʒ p̄ interiora: ꝛ diuidit in dextrā ꝛ ſiniſtrā: ad coxas ꝛ vſqꝫ ad pedes ꝛ digitos. Altera vō rurſus fertur ſurſum: ꝛ diuidit ſimiliter in dextrā ꝛ ſiniſtrā: in manꝰ ꝛ caput. Et q̄ q̄dē ad caput fert: facit arterias q̄ dicunt parotide. Que vero in dextrā ꝛ ſiniſtrā itrinſecꝰ fert tēdit ad brachia: ꝛ cubitos: ꝛ vſqꝫ ad extremos mannū digitos. Intētionē vō hʒ preſens ↄſcriptio: ad pulſuum motionem ꝛ cognitiones ꝛ cauſas exponere.

¶ Quotiens mutatur pulſus.

Tripliciter ab his eſt q̄ ſm naturā: ꝛ q̄ cōtra naturā: ꝛ q̄ non natura: velut craſibus virorum et mulierū: ꝛ etatibus ꝛ alijs cōiugatis. Hominum enim hi quideʒ mares he vero femine. Et horū ipſorum hi quidem calidiores ſm craſim: hi vero frigidiores. ꝛ hi quidē graciles natura: hi vero pingues ꝛ carnoſi. Et viri quidē mulieribꝰ oīno calidiores et fortiores ſecūdū naturā ſunt. Merito igitur pulſus in eis velociores et vehementiores ſunt: mulierum vt frigidarum tardiores et leuiores. In vtriſqꝫ vero horum: dico autem viris et mulieribus intenſa craſi intendit et pulſus. ¶ In calidiori quidem maiores et velociores ſunt. calidūʒ enīʒ velociter mobile. In frigidiore vero minores et tardiores: frigidū enim tarde mobile. ¶ Habitudines vero in vtriſqꝫ inueniuntur: velut gracile et carnoſum. In gracilioribus enim multum ſubiacent tactui pulſus: in pinguibus vero et carnoſis humiliores. ¶ Conſiderandum ergo eſt ad coniugata velut regiones et tempora: et etates particulares cōſtitutiones: et eſt dicere in temporibus quattuor anni quidem exiſtentibus: vere: eſtate: autumno ꝛ hyeme. Horum duo ſunt bene temperata: ver et autumnus: diſtemperata vero hyems et eſtas. Merito ergo vere et autumno pulſus ſunt magni et fortes valde propter temperamentum qualitatis: manifeſtum eſt quoniam ſecunduʒ etates proportionantur. In eſtate enim velociores et ſpiſſiores ſunt ſecundum vnamquamqꝫ etatem neceſſitatem inducente: propter continentis nos exterius caliditatem aeris. In hyeme vero rariores et tardiores pulſus fiunt propter aeris continentis frigiditatem aut conſtrictionem. ¶ Similiter autē ꝛ in vnaquaqꝫ regione ſm illiꝰ craſim et pulſus commutatur. Calidior ſiquideʒ magnos et veloces facit pulſus. Frigidior eſt econtrario. ¶ Dicamus autem de etatibus Si igitur etates differentes ſunt: et pulſus earum differentes mouebuntur. Puerorum ſiquidem pulſus veloces ſunt et leues ꝛ ſpiſſi: ſecūdū vero magnitudinem ꝛ fortitudinem medij: veloces quidē quoniam ſm ſubſtantiam abundat in eis naturalis calor: ſpiſſi propter abūdantē in eis ſm quantitatem caliditatē. leues vō qm̄ imꝑfecte ſunt in eis virtutes. Dicimꝰ eīm qm̄ leues ex imbecillitate virtutū fiūt Senum vero econtrario tardiores ꝛ rariores: quantum ad pueros ꝓpter imbecillitatem ꝛ frigiditatem que in eis eſt. Augumaſticorū

vo magni ⁊ fortiſſimi eo ꝙ fortes in eis magis vtutes ſunt. Similiſ aũt ⁊ ſm tēporis q̃litatē ↄmutãt craſes ⁊ pulſ⁹. ſicut enim p̃dictũ eſt ↄtinens mutat ↄtentũ ad ꝓpꝛiam ei⁹ craſim. In p̃gnantib⁹ vo mulierib⁹ ſunt parui: ſpiſſi. ⁊ veloces. parui vo eo ꝙ grauat vtus ex fetu. ſpiſſi vo ⁊ veloces ꝓpter inducentē neceſſitatē p̃gnantis et fet⁹. In ſõno vo ſunt pulſ⁹ minoꝛes ⁊ leuioꝛes: manifeſtũ eſt: quoniã fit naturali caloꝛe ingrediēte ꝓfundũ. In ſupuenientib⁹ vo craſib⁹ ad ſupuenientia mutãtur ⁊ pulſ⁹. Similiſ aũt ⁊ in gracilib⁹: vt q̃n ſm naturã vt⁹ patiſ: aut ſm ſubſtãtiã alicu⁹ p̃ncipalis partis: aut ab aliquo faciente vel grauãte eã. ¶ Ueniam⁹ igiſ ad ea q̃ nõ natura. Hec vo ſunt gymnaſia: balnea: cibi: multi vini potio: ⁊ aque multe potatio. ¶ Similiſ in his q̃ p̃ter naturã hoc eſt cauſis egritudinib⁹: ⁊ accidentib⁹ ſimiliter ſm p̃dicta ↄſiderare opoꝛtet. Sciẽdũ enim quoniã que ſm naturã ⁊ que non natura: ſi immoderate fiãt: in id quod pꝛeter naturam eſt vertuntur pulſus.

¶ Quot ſunt obſeruanda in cognitione pulſus.

Cum ergo ad egrotũ ingredieris quē nũq̃ vidiſti: attende p⁹ quidē ſi maſculus aut femina eſt. Et ſi maſcul⁹ ↄſidera pulſũ maſculi. ſi vo femina: femine. Deinde naturã laboꝛãtis ⁊ etatē eius Et poſt hoc tēp⁹ anni ⁊ regionē. Et ↄparãs oĩa ⁊ ↄiectãs q̃lē pulſũ laboꝛãtē habere opoꝛtuit q̃n ſan⁹ erat: tunc cognoſces diligenter magnitudinem pꝛeter naturam facte conuerſionis pulſus.

¶ Quot ſunt genera pulſuum.

Genera pulſuũ ſunt decē. ¶ Pꝛimũ gen⁹ ſm q̃ntitatē triũ dimēſionũ ↄſideraſ: ſcilicet ſm lõgitudinē: latitudinē ⁊ ꝓfunditatē. Conueniēter igiſ iſte augumētat⁹ ſm tres dimēſiones tranſcendēs modũ diciſ magn⁹ pulſus. ¶ Secundũ genus pulſuũ eſt ſm quantitatē motionis arterie diaſtolis ⁊ ſiſtolis. in quo ↄſideraſ velox, tardus et mediocris. ¶ Tertiũ genus pulſuũ ſm genus vtutis: in quo ↄſideraſ foꝛtis debilis et mediocris. frequentia enĩ accipiēs magnitudinē facit validũ. q̃n vo dominaſ vtus cãrũ: tũc magis fit validus pulſ⁹: et econtrario. ¶ Quartũ gen⁹ pulſuũ ſm ↄſiſtentiã arterie coꝛpoꝛis. Dico aũt arterie coꝛpoꝛis: in quo ↄſideraſ dur⁹: mollis et mediocris. ¶ Quintũ gen⁹ pulſuum ſcḋm quantitatē q̇etis: in q̃ ſpiſſ⁹ ⁊ rarus ↄſideraſ. Breue enim tēpus quietis ſignificat ſpiſſuꝫ: longũ vo rarũ. ¶ Sextũ genus pulſuũ ꝓpter equalitatē et inequalitatem que ↄſideraſ in vno pulſu vel in plurib⁹. In vno quidē vt in capꝛizante. Que vero in pluribus fit dicitur cõſiſtens inequalitas vbi vero inequalitas: ibi fit inoꝛdinatio vt in omnibus. aut enim decidit vna percuſſio: aut incidit. ⁊ hoc fit grauata et afflicta virtute aliqua cauſa. ¶ Septimum genus ſecundum plenam oꝛdinatiõnē et inoꝛdinationē eſt. Inciſio enĩ ab eq̃li pulſu facit inequalē inequalis ſm piodos oꝛdinat⁹ fit: ⁊ iſterurſ⁹ ↄſideraſ ſm vnaꝫ per

cuſſionem ꝛ ſm plures reditiones. ¶ Octauum genus pulſuū ſecū dum plenum ꝛ vacuum: hoc eſt ſecunduꝫ arterie figurā. omne enim vas: aut plenum: aut vacuum. ¶ Nonum genus pulſuum ſecundū concordiam in quo menſuratur proportio tēporis ad tempus. vn̄ cognoſcuntur deficientes ꝛ incidentes. ¶ Decimum genus pulſuū conſideratur ſm calorem qui redditur per totū corpus arterie in quo conſideratur qualitas ſuppoſite materie corporis per tactum veluti diſtemperata ꝛ mordax.

¶ De cauſis ꝛ differentijs pulſuum.

Dictis ergo decem generibus pulſuum dicamꝰ breuiter paucas cauſas ꝛ differentias eorum. Si quis enim ad diligentiam eorum peruenire voluerit: ſciat q̄ .xvj. libri ſunt de pulſuū negocio. Ego em̄ longitudini parcens in paucis capitulis paucas q̄ſdam differentias ꝛ cauſas pulſuum in breui dicam.

¶ Propter quam cauſam pulſant arterie.

Pulſant arterie vt ſeruetur moderatus ſm naturā calor cordi et omnibus partibus.

¶ Quid differt ſaltus a pulſu.

Saltꝰ a pulſu differt: q̄m q̄dē ꝑpter incidētē ſp̄m fit ſaltꝰ in oī corpore: pulſꝰ ꝟo in operatiōe ꝟtutis mouet ꝛ in ſolis arterijs.

¶ Quid differt pulſus magnus a valido.

Pulſus magnus a valido differt: quoniā quidem ſecundum tres dimenſiones magnus conſideratur: validus vero ſecundum motionem: tenorem em̄ virtutis ſignificat.

¶ Quid differt pulſus ſpiſſus a veloci.

Pulſus ſpiſſus a veloci differt ſm ꝯtinuum ꝛ diſcretū. Spiſſū enim continuum dicimus: velocē ꝟo diſcretum veluti ſi currat aliquis velocius et ſtet.

¶ Quid differt rarus pulſus a tardo.

Rarus pulſꝰ a tardo differt: quoniā rarꝰ ex infirmiore magis ꝟtute fit. Rari enim pulſꝰ difficiliores. Tardꝰ ex ſolo defectu fieri poteſt caloris. Rarꝰ aūt maiorē defectum ſignificat virtutis.

¶ Quot differentie pulſuum fiunt in dyaſtole.

Octo ſunt pulſꝰ differētie ī dyaſtole: ſcilicet magnitudo: puitas validitudo: debilitas: velocitas: tarditas: duritia: ꝛ mollicies.

¶ Quot ſunt iudicatiua pulſus.

Duo: Intellectus: ꝛ ſenſus. Senſus quidem iudicat preſentia. Intellectus facta et futura.

¶ Quot ſunt efficientes cauſe pulſus.

Due. Uirtus faciens et mouens corpus vaſis. Et vtilitas ppter quam mouetur.

Quot modis ꝯſideraī moderatꝰ ꝛ immoderatus pulſus.

Quadrupliciter: ſecundum magnitudinem: ſm velocitatem: ſm validitudinem: et ſecundum ſpiſſitudinem.

¶ Quid differt pulſus inequalis ab immoderato.

Quoniam inequalis quidem in vno pulſu cōſideratur: et in pluribus: aut enim ſm vnā dyaſtolē et ſiſtolē aut ſm plura ꝯgregata: q̄ dicit̄ cōſiſtens inequalitas in multitudine pulſuū conſiderata. Immoderatus vero fit ſm ritbmū: id eſt numerū: vt ſi poſt tres magnos et vnū paruū ſequātur duo magni.

¶ Quid differūt deficiētes pulſus ab incidētibus.

Quia deficiētes ex infirmiori magis virtute fiūt: aggrauata eſt et deficiēte deficiūt. Incidētes vero pugnāte et reſiſtēte: cōtinet enim ſeipſa et virtus excitās volēs repellere ꝯtria. Et videnē eſſe contrarij deficiētes incidentibus. ¶ Quid differt ſpamoſus a ramoſo.

Quoniā in ſpamoſo q̄dē tendit̄ arteria ad inſtar chorde tēſe. In ramoſo vero transfert̄ dextra in ſiniſtrā.

¶ Quomodo fiunt fluctuātes pulſus.

Ex abūdantia contenti magis humoris infundētis corpus arterie: ſicut hypoſarca in hydropiſi.

¶ Quid differt caprizans a biſpulſante.

Secūdū q capriʒās quidē in vna dyaſtole differēter motiones facit: vt capra ſurſum saliēs bis ſaltat pedibus in vere hic vero fit coacta virtute grauata ab aliqua cauſa tribulāte eā. biſpulſans vero bis: et ſm idē pulſat percuſſionē hic vero fit ppter duritiē corpis arterie: repercutiēte enim et rurſus currente violenter ſpū in ſecūdam venit percuſſionē: vt in incude malleus.

¶ Quid differt vermiculoſus a formicāte.

Quibus nares humide naturaliter: ⁊ ſemē humidū cito infirmant. Quibus vero cōtraria ſalubrius. 3.
In diuturnis diſſinterijs abſtinētia malū: ⁊ cum febre peius. 4.
Circunfluentia vlcera male conſuetudinis: malum. 5.
Dolores in lateribus ⁊ pectoribꝰ: ⁊ in alijs corpis partibꝰ: ſi multū differunt ad diſcernendum: mali ſunt. 6.
Nefretici ⁊ circa veſiccā dolores laborioſe ſanant in ſenibus. 7.
Dolores ⁊ tumores ſm ventrem exiſtentes: ſuperiores quidē leuiores: inferiores fortiores. 8.
Hydropicis que vulnera in corpore naſcūtur: nō facile ſanātur. 9
Late puſtule nō valde pruriginoſe ſunt. 10.
Caput dolēti vel circūdolēti: ſanies aut aqua: aut ſanguis defluēs ſm aures ⁊ nares ſoluūt egritudines. 11.
Melancolicis ⁊ freneticis emorroydes in nate bonum. 12.

Emorroydas ſanāti antiq̄s ſi nō vna fuerit relicta:periculū eſt fieri hydropē:aut ptiſiȝ:aut maniam. 13.

A ſingultu habito ſternutatio ſupueniēs ſoluit egritudinem. 14.

Ab hydrope habito ſm venas in vētrē aq̄ fluēte ſolutio fit. 15.

A dyaria habito diuturna ſpōtaneus vomitus ſuperueniēs ſoluit egritudinem. 16.

A pleuretide habito ⁊ peripleumonia dyaria ſupueniēs malū. 17.

In oculis patiētem dyaria accipē bonum. 18.

Veſicā inciſam:aut cerebrū:aut cor:aut dyafragma:aut epar:aut vētrē:aut renes:aut inteſtinoꝝ aliqđ gracilū mortale. 19.

Qn̄ inciſum fuerit os:aut cartillago:aut neru⁹:aut maxille tenues aut ꝑputiū:neq; creſcit:neq; conglutinatur. 20.

Si in vētrē ſanguis fluat ꝑter naturā neceſſe eſt in ſaniē cōuerti. 21.

Maniacis emorroydib⁹ aut varicib⁹ innatis:manie ſolutio fit. 22.

Quibuſcūq; dolores a dorſo in cubitos trāſeūt:flōmia ſoluit. 23.

Si timor ⁊ puſillanimitas multū habeāt tēp⁹:habētē melancholicū perficiunt. 24.

Inteſtinoꝝ ſi incidaꝫ aliqđ graciliū:nō cōglutinatur. 25.

Heriſipilam extrinſec⁹ factā:intus cōuerti nō bonū:intrinſecus vō extra bonum. 26.

Quibuſcūq; in cauſone tremores fiūt:alienatio ſoluit. 27.

Quicūq; empici aut hydropici vrunꝫ:aut incidūꝫ:his effluēte ſanie aut aqua multa ⁊ repente omnino pereunt. 28.

Eunuchi non podagrizant:neq; calui fiunt. 29.

Mulier nō podagrizat:ſi mēſtrua nō defecerūt in ea. 30.

Puer nō podagrizat ante affrodiſiam. 31.

Dolores oculoꝝ meri potio aut lauacrū aut pyria aut flobothomia aut farmacia ſoluit. 32.

Trauli a dyaria maxime capiuntur longa. 33.

Acidū ructantes nō valde pleuretici fiunt. 34.

Quicūq; calui fiūt:his varices nō naſcunꝫ magne. Quibuſcūq; vō innaſcuntur rurſus capillati fiunt. 35.

Hydropicis tuſſis ſupueniēs malū. Preexiſtēs vō ſine malo. 36.

Diſſuriam flobothomia ſoluit: incidere vero venam que intus in talo eſt. 37.

A ſquināte habito tumorē fieri in gutture bonum. Extra enim conuertitur morbus. 38.

Quibuſcūq; abſcōditi cācri fiūt:nō curare meli⁹ ē. Curati eñ pereūt citius:non curati multū tēp⁹ perficiunt. 39.

Spaſm⁹ fit ex plenitudine aut euacuatiōe. Ita ſingultus. 40.

Quibuſcūq; dolor circa hyppocūdria ſine flegmone:his ſupueniēs febris ſoluit dolorem. 41.

Quibuſcūq; ſanies facta in corpe nō manifeſtaꝫ:his ꝑpter ſpiſſitudinē ſanici aut loci groſſitudinē non manifeſtatur. 42.

Ictericis ſi epar durum fiat malum. 43.
Quicūꝙ ſplenetici a diſſinteria capiunt: his ſuperueniēte lōga diſſinteria hydrops naſcit aut lienteria: ⁊ pereunt. 44.
Quibuſcūꝙ ex ſtrāguria ileos innaſcit: hi in ſeptē dieb⁹ ꝑeūt: ſi non febre ſuperueniente multa vꝛina fluxerit. 45.
Vulnera q̄cūꝙ annua fuerint vel lōgi⁹ tēp⁹ habēt: os neceſſe eſt emittir cicatrices fieri concauas. 46.
Quibuſcunꝙ gibbi ex aſmate fiunt aut tuſſi ante iuuentutem pereunt. 47.
Quibuſcūꝙ flebothomia aut farmacia cōfert: hos vere flobothomare aut farmaciā dare conuenit. 48.
Spleneticis ſuperueniens diſſinteria: bonum. 49.
Quibuſcūꝙ tumoꝛes podagrici fiunt in quadraginta dieb⁹ deferuelcentes reſident. 50.
Quibuſcūꝙ cerebrū ſurſum cōcutit: neceſſe eſt febꝛem ⁊ fellis vomitum ſuperuenire. 51.
Quibuſcūꝙ ſanis doloꝛes repēte fiūt in capite: ⁊ ꝯtinuo ſine voce fiūt ⁊ ſtertūt pereūt in ſeptem dieb⁹: ſi nō eos accipiat febꝛis. 52.
Attēdere opꝫ ⁊ iudiciū oculoꝝ in ſomnis. Si eñi q̄d alibi appareat cōmiſſis palpebꝛis: nō ex dyaria exiſtēte aut farmacie potiōe malum ſignum: ⁊ moꝛtale valde. 53.
Deſipientie cum riſu quidem facte ſecurioꝛes. Cum triſtitia vero moleſte. 54.
In acutis paſſiōib⁹ cū febꝛe luctuoſa ſuſpiria malum. 55.
Podagrica ⁊ maniaca vere ⁊ autūno mouent vt in pluribus. 56.
In melācolicis egritudinib⁹ ꝑiculoſe eruptiōes: aut apoplexiā: aut epilepſiā: aut ſpaſmū aut cecitatē: aut maniā ſignificant. 57.
Apopletici maxime fiunt etatib⁹ a quadraginta annis vſꝙ ad ſexaginta vel ſeptuaginta. 58.
Si omentum eruperit neceſſe eſt putrefieri.. 59.
Quibuſcūꝙ a ſciatica moleſtatis v̄tebꝛū reſilit foꝛas ⁊ rurſus incidat in locū ſuū: his muſcilagines facte ſunt. 60.
Quibuſcūꝙ a ſciatica moleſtatis vertebꝛū reſilit foꝛas: his tabeſcit crus ⁊ claudicant ſi non vꝛantur.

¶ Explicit liber ſextus aphoꝛiſmoꝛum.

¶ Incipit liber ſeptimus aphoꝛiſmoꝛum.

In acutis moꝛbis frigiditas extremitatū malū. In oſſe egrotāti caro liuida malum. 2.
In vomitu ſingult⁹ ⁊ oculi rubei malum. 3.
In ſudoꝛe rigoꝛ malum. 4.
In mania diſſinteria aut hydrops aut extaſis bonū. 5.
In egritudine diuturna: abſtinentia ⁊ egeſtiones colerice malū. 6.
Ex multa potiōe rigoꝛ ⁊ deſipientia malum. 7.
Ex apoſtematis int⁹ ruptura: diſſolutio vomit⁹: ⁊ defectio ai fit. 8.
In ſanguinis fluxu deſipiētia aut ſpaſmus; malum. 9.

In hyleon vomitus:ſingultus:ſpaſmꝰ ⁊ deſipiētia:malū. 10.
In pleuretide peripleumonia malū. 11.
In periplemonia freneſis malum. 12.
In vulneribus fortibus:ſpaſmus:aut tetbanus malū. 13.
In percuſſione in capite ſtupor aut deſipientia malū. 14.
In ſanguinis ſputo: saniei ſputum malū. 15.
In ſaniei ſputo ptiſis ⁊ fluxꝰ malū:vbi ꝟo ſaliua tenet:moriūt. 16.
In flegmone epatis ſingultus:malum. 17.
In vigilia ſpaſmus aut deſipientia malū. 18.
In oſſis denudatione beriſipila malum 19.
In beriſipila putredo aut ſanies malum. 20.
In litargico tremor malum. 21.
In forti pulſu in vulneribus emoroſagia malum 22.
In dolore diuturno circa ventrem ſanies malum. 23.
In colerico ſeceſſu diſſinteria malum. 24.
In oſſis fractura deſipientia ſi in vacuum acceperit malū. 25.
In farmacie potione ſpaſmus mortalis. 26.
In dolore forti circa ventrem frigiditas extremitatum malū. 27.
In vtero habenti tenaſmus ſuperueniens abortit. 28.
Quibuſcūqꝫ os aut cartilago inciſū fuerit ī corpore nō augetur. 29.
Si ab albo flegmate habito dyaria ſupuenerit fortis ſoluit egritudinem. 30.
Quibuſcūqꝫ ſpūoſe egeſtōes i dyaria:his a capite flegma ōfluit. 31.
Quibuſcūqꝫ ī febribꝰ ī vrinis crinoides hypoſtaſes fiūt:lōgā egritudinem ſignificat. 32.
Quibuſcūqꝫ cholerice hypoſtaſes fiunt ſupiꝰ ꝟo tenues acutā egrinem ſignificat 33.
Quibuſcūqꝫ vrine diſtātes fiūt:his ī corpe turbatio fit fortis. 34.
Quibuſcūqꝫ ī vrinis ampulle ſupnatāt:nefreticā ſignificāt:⁊ lōgā egritudinem fore 35
Quibuſcūqꝫ pinguis hypoſtaſis ⁊ cōglobata:his nefreticā et acutā egritudinē fore. 36.
Quibuſcūqꝫ nefreticis exiſtētibꝰ pdicta ſigna accidūt ⁊ dolores acuti circa muſculos ſpinales fiūt ſiqdē circa extrinſecos locos fuerint:apoſtema futurꝫ expecta extriſecꝰ. Si ꝟo dolores magis circa interiores locos apoſtema futurū expecta magis ītus. 37.
Quicūqꝫ ſanguinē vomūt ſiquidē ſine febribꝰ ſalubre. Curātur ꝟo ſipticis ⁊ ifrigidātibꝰ. Si ꝟo ex febre:perniciosum eſt. 38.
Catarri in ſupiori ventre:in ſaniē cōuertūtur in viginti diebꝰ 39.
Si ſanguinē ⁊ trūbos mīgit ⁊ ſtrāguriā hꝫ:⁊ dolor icidit ī pitoneō ⁊ ſub vētrē ⁊ pectinē:ea q̄ circa veſicā ſunt egrotare ſigt. 40.
Si ligua intemperata repēte fiat aut appoleticū aliquid corpis vl melancolicum hmōi efficit. 41.
Si ī ſuperpurgato ſeniori ſingultus ſupueniat nō bonū. 42

Si febris nõ a colera bẽatur: aq̃ multa calida infuſa a capite ſolutio fit febris. 43. Mulier vtraſq; dextras bñs nõ fit. 44.
Quicũq; empici vrunt aut incidunt: ſi quidẽ ſanies pura fluxerit et alba euadunt. Si vero cenulenta et male olens pereunt. 45.
Quecunq; in epate ꝓpter ſaniem vruntur: ſi quidẽ ſanies pura fluxerit et alba euadũt. In tunica enim illius ſanies eſt. Si vero velut amurca fluxerit pereunt. 46
Oculorum dolores: meri potio ⁊ lauacrũ ⁊ flobotbomia ſoluit. 47
Hydropicus ſi tuſſim habeat: deſperatus fit. 48.
Stranguriã et diſſuriã vini potio ⁊ flobotbomia ſoluit. Incidere vero venã que intus in talo eſt bonum. 49.
Squinante babito tumor et rubor in pectore ſuperueniens bonũ: foras enĩ conuertitur egritudo. 50.
Quicũq; ſpacbilon in cerebro patiunt: in tribus diebus pereunt. Si vero hos effugerint: ſani fiunt. 51.
Sternutatio fit a capite ex cerebro calefacto ⁊ humectato: qd̃ eſt in capite vacuo: aere deſcẽdente in illud vacuũ ⁊ faciente ſonitũ: quoniam exitus eſt ei per anguſtum. 52.
Quicũq; circa epar dolẽt: his febri ſuꝑueniẽs: ſoluit egritudinẽ. 53
Quibuſcunq; conuenit ſanguinẽ auferre ex venis: hos oportet flobotbomare in vere. 54.
Quibuſcũq; inter rhenes ⁊ ventrẽ flegma concluditur ⁊ dolorem preſtat non habens exitum in neutrum ventriũ: his ꝑm venas in veſicã conuerſo flegmate ſolutio fit morbi. 55.
Quibuſcunq; epar aqua impletũ in omentum eruperit: his aqua venter impletur ⁊ moriuntur. 56.
Malices: oſcatatiões: rigores: vinũ mẽſurate bibitũ ſoluit egritudinem. 57.
Quibuſcũq; cerebrum motũ fuerit ab aliqua actione neceſſe fieri ſine voce ſtatim. 58.
Corporibus humidas carnes habentibus: famem adhibere conuenit: fames enim deſiccat corpora. 59.
Si a febre habito tumore non exiſtente in collo ſuffocatio repente innaſcitur: vt deglutire non poſſit mortale. 60.
Si a febre habito torqueatur collũ vt deglutire non poſſit et tranſglutiẽdo anguſtietur ſine tumore manifeſto: mortale. 61.
Si a febre habito: tumore nõ exiſtẽte in faucibus ſuffocatio repente venerit mortale. Si a febre habito collũ conuertat ita vt vix deglutire poſſit: tumore non exiſtente in collo: mortale. 62.
Sudore multo frigido calido ſuperfluẽte oportet mitti humiditatem a corporibus fortibus ſuperius: debilibus vero inferius. 63.
Febres quecũq; nõ deficiẽtes tertia die: ſunt fortiores ⁊ periculoſe. Quecũq; vero ſic defecerint: ſignificat qm̃ nõ periculoſe. 64.
Quibus febres longe: his puſtule diuturne: aut in articulis dolores fiunt. 65.

Quibuſcūꝫ ex febribus aut puſtule diuturne: aut in articulis do-
lores fuerint: hi amplioribus cibis vtuntur. 66.
Cibus quē accipiūt febricitātes ſanis ē vtꝰ: īfirmis vo morbꝰ. 67
Premiſſis aliquibus exeuntibus nō motis: ſed quaſi raſura inteſti
ni ſupnatauerit parua: paruus eſt morbus. Si multa multꝰ. Ho
rum vero multa neceſſaria eſt vētris ſolutio. Si vo vēter nō mū
dificabitur: ſed potius iuſcula dabuntur: quanto magis dabis:
tanto magis plus peiorabitur.

¶ Expliciūt aphoriſmi Hyppocratis ſm veterē tranſlationē.

¶ Incipit liber aphoriſmorū domini Hyppocratis a dño Theodoro gaza medico e greco in latinum de nouo tranſlatorum.

Vita breuis. ars longa. Occaſio preceps. Experimen
tū fallax. Judiciū difficile eſt. Nec ſolum ſeipſum offi
cio fungentem exhibere opꝫ: ſed etiā egrum ⁊ aſſidē
tes et exteriora. 2.
In ꝑturbationibus vētris ⁊ vomitibus ſpōtaneis
ſi tale purgat᷑ quale purgari opꝫ res bene cedit ⁊ fa-
cile fertur. Sin minꝰ cōtra. Simili modo ꝯceptaculorū inanitio
ſi fiat qualis fieri opꝫ: res bñ cedit ⁊ facile fertur. Sin minꝰ ꝯtra
Igitur ⁊ tempus ⁊ terram ⁊ etatem ⁊ genera morborum in qui
bus oportet necne conſpicari officiuꝫ eſt. 3.
Habitus athletarū admodum boni tuti non ſunt ſi ad ſummū de
uenerint. Non eñi in eodē ſubſiſtere pñt aut quieſcere. Quod ſi
nō quieſcunt nihil ꝓficere in melius poſſunt. Reſtat igit᷑ his de
cauſis vt in deterius labant᷑. Quāobrē ſoluere habitū expedit ſi
ne mora: vt denuo refici corpꝰ incipiat. Nec idcirco cōpreſſiōes
in extremū ducēde ſunt. Haud.n. tutū hoc eſt: ſed ꝓ eius ꝙ corri-
git᷑ natura ducendū vt toleret. Dino eūationes in extremū ded u
cte cū ꝑiclo ſūt. Rurſuſꝙ recreatiōes extreme ad ꝑiculū agūt. 4
Tenuis exq̄ſitaqꝫ victꝰ ratio in affectibꝰ tū diuturnis oībus: tū ēt
acutis q̄bꝰ nō cōpetit: grauis moleſtaqꝫ eſt. Itēꝙ victꝰ ꝙ in extre
mū tenuitatis deuenerit: grauis eſt. Nā ſatietas quoqꝫ in extre
mum acta moleſta eſt. 5.
In tenui victus rōne egri peccāt: quo fit vt maiore afficiant᷑ detri-
mento quicq̄d eñi cōmittitur grauiꝰ obuenit ꝙ in aliquantulū
pleniore. His igitur ⁊ ſanis tuta nō eſt illa admodū tenuis dili-
gens exq̄ſitaqꝫ ratio victꝰ ob eam rem ꝙ difficilius errorē ꝙ com
mittitur ferūt. Ita fit vt tenuis ⁊ diligens victꝰ periculoſior ma
xima ex parte ſit eo qui paulo plenior ꝑcipiatur. 6.
Summis morbis ſumma diligētiſſime remedia adhibēda ſunt. 7.
Ubi morbꝰ ꝑacutꝰ eſt ſtatim ⁊ labores ſummi fatigāt ⁊ tenuiſſimo
victu vti neceſſe eſt. Ubi nō ita eſt: ſed pleniꝰ agere lꝫ. Tantū in-

dulgendum eſt cibo quanto morbus ipſe ſit ſummo leuior. 8.
Cū ꝟo morbꝰ ꝯſiſtit ſuo vigore: tenuiſſimo victu vti neceſſe eſt. 9.
Colligēdū ēt eſt an eger poſſit eo victu quē ꝑceperis durare ad cō-
ſiſtendū vigorē vſqꝫ egrotatiōis: ⁊ ille ve potiꝰ deficiat: nec dura
re poſſit ea ipa victꝰ rōne: an morbꝰ añ deficiat atqꝫ hebeteſcat. 10
Quibꝰ igiť cōſiſtētia iuxta eſt: his tenuis victꝰ iuxta ꝑcipiēdus ē.
Quibus aūt cōſiſtendi vigor poſtea futurꝰ eſt: his in eo ipſo vi-
gore ⁊ paulo ante de cibo ſubtrahendū eſt. Tempore ꝟo ſuperio
re vberius agenduʒ eſt vt eger ſufficiat. 11.
In acceſſionibꝰ abſtinendū eſt aſſumere eñ cibū nociuū eſt. ⁊ q̄bꝰ ꝑ
circuitū veniūt acceſſiōes: his ī ipſa acceſſiōe abſtinendū eſt. 12.
Acceſſiōes ꝟo cōditioneſqꝫ iudicanť a morbis ⁊ anni tꝑibꝰ atqꝫ ēt
circuituū ſucceſſiuis icremētis: ſiue quotidie: ſiue vno īterpoſito
die: ſiue etiā ꝑ interualla ampliora eueniūt: necnō ex his q̄ ſuper
ueniunt iudiciū accipi pōt. Vergi gr̄a in morbo coſtali ſi ſcrea-
tio purulenta ſtatim inter initia extitit: breuē egritudinem fore
oñdit. Sin poſtea paruit longā. Quin etiā vrina: aluus: ſudor:
morbus aut difficile aut facile nullo pacto iudicari finitiue poſ
ſe: aut breues: aut longos fore ſignificabunt. 13.
Senes facillime ieiuniū tolerāt: moꝝ q̄ firma etate ſunt: minꝰ adole
ſcētes: oīm minime pueri: eoꝝ́qꝫ ipoꝝ q̄ alacriores ſunt ꝓpenſiores. 14.
Qui increſcūt pl'in caloꝝ innati obtinēt: itaqꝫ plurimo cibo īdigēt
alioq̄n corpꝰ abſumiť. Senibꝰ ꝟo paꝝ caloris īeſt: ⁊ ob eā rē pau-
cis egēt fomitibꝰ q̄ppe q̄ a multis oppſſi extinguanť: hinc ēt feb.
nō eque acute ſenibꝰ accidunt: corpus eñ eoꝝ frigidū eſt. 15.
Ventres hyeme ⁊ vere natura calidiſſimi ſunt ⁊ ſomni longiſſimi.
Itaqꝫ per ea tempora cibi dari copioſius debent. Caloris eñ na
tiui copia magna ineſt: vt cibus proinde plenior requiratur. Ar
gumento etates ſunt ⁊ athlete. 16.
Victus omnis febricitantibus humidus ꝓficit: ſed precipue pue-
ris: ⁊ his qui ita viuere conſueuerūt. 17.
Et quibuſnam ſemel aut bis aſſumendum ſit: ⁊ plura ne an pau-
ciora: particulatim animaduertēdum. Tempori: etati ⁊ conſue-
tudini impertiendum aliquid eſt. 18.
Cibos eſtate ⁊ autūno difficillime ferť: hyeme facillime: moꝝ ꝟe. 19
Qui ꝑ circuitꝰ acceſſionū exacuunť: his nihil eſt dandū nec aſſumē
re q̄cq̄ cogendū: ſʒ adiectioni ſubtrahendū ē añ iudicationē. 20
Que iudicanť aut iudicata ſunt integre: non mouere neqꝫ nouare
vel medicamentis: vel alijs incitamentis: ſed ſinere debes. 21.
Que eūanda ſunt eo duci debet qua maxīe natura ꝯmode tēdit. 22
Concocta euacuare mouereqꝫ non cruda opʒ nec in principio niſi
turgent. Sed magna ex parte non turgent. 13.
Deiectiōes nō copia eſtimāde ſunt: ſed eo q̄ talia deijciūtur qua-
lia deijci opʒ ⁊ facile eger fert. Atqꝫ vbi ad aīe defectioneʒ vſqꝫ

ducendū eſt:ita agendum modo eger durare poſſit. 24.
In affectib⁹ acutis raro ⁊ inter initia vtēdū medicamēto euacuato rio eſt:idq; adhibito diligēter examine faciēdū eſt. 25.
Si q̄le purgari opꝫ tale purgaꝫ:ꝓdeſt ⁊ facile fert. Si ꝯ difficulꝫ. 26

Incipit liber Secūd⁹ aphoriſmoꝝ domini Hyppo cratis a dn̄o Theodoro gaza medico e greco in latinū nuper traductorum.

In quocunq; morbo ſomn⁹ laborē affert letalis eſt. At ſi iuuat letalis non eſt. 1. 2.
Ubi ſomnus delirium tollit bene eſt. 3.
Sōn⁹ aut vigilia ſi alterutrū modū excelſerit: male ē. 4.
Nō ſatietas: nō fames: nō aliō quicq; bonum eſt quod naturam excedit. 5.
Laſſitudies ſpōte euenētes mo:bos pronunciant. 6.
Quicunq; parte corporis aliqua laborantes laborē ipſum magna ex parte non ſentiunt: his mens egrotat. 7.
Que longo temporis ſpacio extenuantur lēte reficienda ſunt. Que breui breuiter. 8.
Si q̄s a morbo cibū aſſumēs nō corroboraꝫ: pl⁹ cibi q̄ ſatis ſit aſſu mi ſignificaꝫ. Atvero ſi nō aſſumenti ita euenit: euacuatione op⁹ eſſe ſciendum eſt. 9.
Corpora quacūq; purgare libuerit: fluida eo facies. 10.
Corpora impura quo magis nutris: eo magis offendis. 11.
Potu q̄ cibo expleri facilius eſt. 12.
Que ꝑ morbos relinquunꝫ: ab iudicatione faciunt recidiuam. 13.
Quib⁹ iudicatio iſtat: his nox difficilis ē q̄ acceſſionē ꝑcedit: ſubſe quēs autē nox facilior magna ex parte accedere ſolet. 14.
In ꝓfluuijs alui mutatiōes deiectionū iuuāt niſi ſi praua mutēꝫ. 15
Ubi fauces egrotāt aut tubercula in corpe oriunꝫ excreationes cōſi derande ſunt nam ſi biliose ſunt corpus egrotat: ſi ſimiles ſanis corpus alere tutuꝫ eſt. 16.
Ubi fames eſt: laborandum non eſt. 17.
Ubi plus cibi preter naturam ingeſtum eſt: morbum id facit: pate t hoc ex ipſa curandi ratione. 18.
Eoꝝ q̄ vniuerſim atq; celeriꝫ alūt: excretiōes q̄ꝫ celeriter fiunt. 19.
Morboꝝ acutoꝝ predictiōes nō admodum tute ſunt neq; mortis neq; ſalutis. 20.
Quib⁹ iuuenib⁹ adhuc alu⁹ hūida eſt: his ſeneſcētib⁹ ſiccaꝫ. Cōtra q̄b⁹ iuuenib⁹ adhuc alu⁹ ſicca ē: his ſeneſcētib⁹ humectaꝫ. 21.
Famē vini potio ſoluit. 22.
Quicūq; morbi ex repletiōe fiūt: euacuatiōe curāꝫ. Quicūq; euacua tiōe: repletiōe. Eodēq; mō ceteroꝝ cōtraria remedio ſunt. 23.
Morbi acuti intra quartūdecimū diē iudicari ſolent. 24.
Dies q̄rt⁹ ſeptimi index eſt. Octau⁹ ꝓncipiū alteri⁹ ſeptenarij exor

ditur. Undecimus etiã cõſiderandus eſt. Quartus enim ſecũdi ſeptenarij eſt. Item decimus ſeptimus conſiderandus eſt. Quartus enim a quartodecimo ⁊ ſeptimus abvndecimo eſt. 25.

Quartane eſtiue breues magna ex parte ſunt. Autumnales lõge ꝑſertim que hyemem attigerint. 26.

Febrẽ cõuulſioni ſuperuenire melius eſt ꝙ̃ cõuulſionem febri. 27.

His que nõ ex ratione leuãt: confidendum nõ eſt: nec pre metu omittẽdu ſoluere: ea que preter rationem incidũt mala: hec enim magna ex parte infirma ſunt nec perſeuerare aut immorari diuti⁹ ſolent. 28.

Febricitãti non admodũ leuiter ⁊ per ſummã corporis formã ſi corpus pſtat nec vllo modo collabif: aut cõtra ſi magis cõſumif ꝙ̃ ratio poſtulat: vitioſu eſt: alterũ eñ lõgitudinẽ morbi: alteꝝ imbecillitatẽ ſignificat. 29.

Cum morbi incipiũt: ſi quid mouẽdum eſt moue. Cum conſiſtunt ⁊ vigẽt: quieſcere melius eſt. 30.

Omnia cũ incipiũt ⁊ finiũt: leuiora ſunt. Cũ cõſiſtũt grauiora. 31.

Si cui ab egrotatione bene aſſumẽti cibum corpus nihilo proficit ſignum eſt vitioſum. 32.

Omnes fere qui ſeſe male habent principio bene aſſumentes cibum nec quicquã proficientes: in fine medicinam exigunt. At vero qui principio vehementer exigẽtes poſtea bene aſſumunt: hi melius euadunt. 33.

In quouis morbo mente conſtare ⁊ cibum appetere bono eſt: contrarium vero vitio datur. 34.

Per morbos minus hi periclitantur quorum nature morbus conuenit: aut etati: aut habitui: aut tempori: ꝙ̃ quibus non conuenit aliqua ex his ratione. 35.

In quauis egritudine partem vmbilici ⁊ imũ ventrẽ eſſe pleniorem melius eſt: admodũ extenuari atq tabeſcere vitioſum eſt. Ad inferas et purgationes hoc idẽ tutum non eſt. 36.

Qui ſalubri corpore ſunt: celeriter per euacuatiões oppreſſi diſſoluuntur atq etiam qui prauo cibo vtuntur. 37.

Qui corpe bñ cõſtãt: difficulter ad vſu veniũt medicamẽtoꝝ. 38.

Pot⁹ ⁊ cib⁹ paulo deterior mõ ſuauior ſit ꝙ̃ melior: ſed q̀ iſuauior anteponendus eſt. 39.

Seniores magna ex pte min⁹ egrotãt ꝙ̃ iuuenes. Attamẽ q̀ lõgi his acciderit morbi: magna ex pte iſanabiles tota vita comitãtur. 40.

Raucedines ⁊ grauedines maiorib⁹ admodũ cõcoq̀ nequeũt. 41.

Qui ſepe ⁊ multum exſoluuntur ſine cauſa manifeſta: hi de repente moriuntur. 42.

Stupor attonitus vehemẽs ſolui nõ põt. leuis nõ de facili põt. 43.

Qui ſtrãgulanf ⁊ reuertũf citra mortẽ: ſi ore ſpumãt nõ reficiũf. 44.

Qui obeſi admodũ ſũt ex natura celeri⁹ moriunf ꝙ̃ q̀ graciles. 45.

Qui morbo comitiali laborat: ſi iuuenis eſt liberari mutatiõe potiſſimum: etatis: loci: victus: et vite munere poteſt. 46.

Si dolor geminus non eodem in loco infeſtat: qui vehementior eſt alterum leuiorem obſcurat. 47

Dolores ꝛ febres accidũt magis cuꝫ cõficitur pus: ꝙ vbi confectũ iam eſt. 48.

In omni corporis motu cum fatigari incepit ceſſaſſe protin⁹: laſſitudinis leuatio eſt. 49

Qui aſſueuerũt ferre labores etiam ſi inualidi ſunt aut ſenes facilius ferunt: ꝙ qui nõ ſunt aſſueti quãuis robuſti ꝛ iuuenes. 50

Quecũqꝫ lõgo tpe aſſueta ſunt etiã ſi deteriora ſint min⁹ infeſtare ſolẽt ꝙ q̃ inſueta ſunt. Igit̃ ad inſueta quoqꝫ mutaſſe ꝯueniet. 51.

Nimis repenteqꝫ eu acuare aut replere aut calefacere aut refrigerare aut alio quouis mõ corpus mouere: tutũ nõ eſt. Atqꝫ nimiuꝫ omne inimicũ nature eſt. Cõtra paulatim lenteqꝫ agere tutũ eſt. Deniqꝫ de alio tranſire in aliud preſtat. 52.

Si cũ omnia ratione feceris: nõ id prouenit qð ratio poſtulat: noli in aliud tranſire dum maneat qð principio viſum eſt. 53

Quorũ aluus eſt humida: hi quãdiu iuuenes ſunt melius degunt ꝙ quibus ſicca eſt. At in ſenectute deterius. Siccatur eniꝫ aluus magna ex parte his qui ſeneſcunt. 54

Magnitudo corpis in iuuenta quidem formã liberaleꝫ affert nec iniocundam. Sed in ſenectute vſu difficilis eſt: atqꝫ deterius euadit quod procerius eſt.

Incipit liber Terti⁹ aphoriſmorũ hyppocratis a dño Theodoro gaza nuꝑ e greco ĩ latinũ traductoꝝ.

Temporum mutationes potiſſimum pariunt morbos. magneqꝫ temporũ mutatiões: aut frigoris: aut eſtus ꝛ reliqua ex ratione grauius incidunt. 2

Naturarum alie ad eſtatem: alie ad hyemem bene male ve ſeſe habẽt. 3.

Ex morbis alij ad alia tempora loca et victus genera bene male ve ſeſe habent eodem modo etates. 4.

Per tempora quotiens eadem die modo eſtus: modo frigus exiſtit morbos autumnales expectari oportet. 5.

Auſtri hebetant auditũ: caliginẽ obducũt: corpa diffundũt: pigrioraqꝫ faciũt. Caput aggrauãt. Ubi tẽpeſtas ita ꝑualuerit: affect⁹ eiuſmodi exiſtũt. At ſi tp̃s aquiloniũ eſt: tuſſes: fauces: alui dure: difficultates vrine: dolores horrifici coſtarũ ꝛ pectorũ accidunt. Ubi tẽpeſtas ita eruperarit: affect⁹ eiuſmodi expectato. 6.

Quotiẽs eſtas fit ſilis veri ſudoꝝ copiã in febrib⁹ expectare opꝫ. 7

Per ſqualores febres acute fieri ſolẽt: et ſi magna ex parte talis fit annus qualem fecerit conditionem; morbos quoqꝫ tales expecta-

re magna ex parte oportebit. 8
In temporibus nature legitimis quũq; tempeſtiua tempeſtiue red
duntur: morbi conſtãtes ſinceri et faciles ſubeunt. At vero iniq; &
inconſtantes et iudicatu difficiles exiſtunt. 9
Per autumnũ morbi acutiſſimi & exitioſiſſimi accidunt magna ex
parte ver ſaluberrimũ eſt minimeq; exitioſum. 10.
Autumnus tabidis malus eſt. 11.
Quod ad temporum attinet rationem. Si hyems ſqualida & aqui
lonia fuerit: ver pluuium auſtraleq;: febres acutas fieri eſtate ne
ceſſe eſt: et lippitudines et inteſtinorũ difficultates maxime mu
lieribus & his qui humidã habent naturam. 12.
Morbi autem per imbres fiunt magna ex parte febres longe: alui
fluores: putredines. 13.
Si hyems auſtralis pluuia et tepida fuerit: ver calidũ aquilẽtũq;:
mulieres quarũ partus iuxta ver properant: abortũ ex qualibet
cauſa facient. Que autẽ peperint: imbecilles aut morbidos edẽt
infantes: ita vt aut ſtatim pereãt aut tenues atq; valitudinarij
viuãt. Ceteris difficultates inteſtinorũ et lippitudines aride ac
cidẽt. Senioribus vero diſtillationes que cito interimant. 14.
Si eſtas ſqualida aquilentaq; fuerit: autumnꝰ pluuiꝰ auſtrinuſq;
dolores capitis: tuſſes: raucedines: grauedines exiſtunt. Tabes
etiam nonnullos inuadit. 15
At ſi autũnus aquilonius ſit & ſiccus: viris natura humidis & mu
lieribus ꝓderit: reliquis accident lippitudines aride & febres acu
te & grauedines: nõnullos etiã atra bilis exercebit. 16
Conditionum anni ſqualores ſalubriores quod in totum dixerim
q̃ imbres minuſq; mortiferi ſunt. 17
Morbi per imbres magna ex parte cõſiſtunt: febres lõge: alui fluẽ
tes: putredines: attoniti: angine ꝑ ſqualores tabitudines: lippitu
dines: articlorũ dolores: ſtillicidia vrine: difficultates iteſtinorũ. 18
Cõditionũ quotidianarũ aquilones corpa cõſtipatiora: cõtẽtiora
mobiliora: coloratioraq; faciũt. auditũ etiã adiuuãt: ſ; aluũ exic
cãt: oculos mordẽt: & ſi i pectore dolor aliq̃s ꝑeſt acriꝰ excitat. 19.
Auſtri corpora diſſoluũt & humefaciunt: caput aggrauãt: auditũ
obtundunt: vertigines mouent: oculis & corporibus afferunt tar
ditatem: aluos etiã humefaciunt. 20
Per tẽpora anni pueri & q̃ etate his ꝓximi ſunt: vere atq; pria eſta
te optime degũt: & maxie valẽt. Senes eſtate & autũno aliquã diu
reliquo autũni tpe & hyeme q̃ media ſunt etate meliꝰ valẽt. 21.
Morbi quidẽ oẽs tpibꝰ oibꝰ accidere ſolent. Sed nonnulli certis
quibuſdam et oriuntur & irritantur. 22
Vere enim atre biles: furores: comitiales: profuſiões ſanguinis: an
gine: tuſſes: grauedines: lepre: impetigines: vertigines: puſtule
vlceroſe plurime: tubercula: articulorum dolores. 23.

Eſtate nõnulli ex his ac febres cõtinue: ardores ⁊ tertiane plures: vomitiones: etiã alui profluuia: oculorũ ⁊ auriũ dolores: oris vlcera: genitaliũ putredines ⁊ ſudamina. 24

Autũno magna ps eſtiuorũ atq3 ẽt febres q̃rtane ⁊ erronee: lienes aque inter cutẽ. tabes: ſtillicidia: vrĩe: leuitates inteſtinoꝝ: coxẽdices: ãgie: ãhelatiões: volnuli. comitiales: atre bilesfurores. 25

Hyeme coſtales: pulmonie: grauedines: raucedines: tuſſes: dolores laterũ: pectoꝝ: lũboꝝ: capitis dolores: vertigines: attoniti. 26.

Per etates hec accidũt paruis ⁊ recẽs natis puerulis vlcera oris vomit⁹: inſõnie: pauores: iſlãmationes vmbilici: hũores auriũ. 27

Paulo etate progrediẽtibus cũ dẽtire incipiũt: gingiuaꝝ prurigines: febres: conuulſiones. alui fluores maxime cũ caninos edũt: ⁊ his potiſſimũ pueris q̃ corpulẽtiſſimi ſunt ⁊ aluos habẽt aſtrictas. 28

Adultiorib⁹ iã tõſille vertebre i occipitio ſiue luxatio in partẽ interiorẽ: anhelationes: calculi: lũbrici teretes: aſcarides: verruce: ſatiries: ſtrume. ⁊ reliq̃ abſceſſus: ſ3 p̃cipue que enumeraui. 26.

Adoleſcentibus iã et pubeſcentibus magna eorum pars accidit: atq3 ẽt febres diuturne poti⁹ ⁊ ſanguis e narib⁹ pfuſiões. 30.

Plurimi vero affectus puerilis etatis iudicãt ſiue finiũt: aut ĩtra quadrageſimũ diẽ: aut intra ſeptimũ mẽſem: aut intra ſeptimu3 annum: aut cũ ad pubertatẽ itur. Qui aũt perdurarit nec ſolui potuerint: pubeſcenti aut femine cũ menſtrua erumpunt: hi conſeneſcere aſſolent. 31.

Adoleſcentibus ſanguinis ſcreationes: tabes: febres acute: comitiales ⁊ reliq̃ morbi: ſ3 p̃cipue que numeraui accidunt. 32.

Qui hanc exceſſerunt etatẽ his anhelationes: coſtales: pulmonie: obliuiarij: deliria: ardores bilares: alui fluores lõgi: difficultates inteſtinoꝝ: leuitates inteſtinoꝝ: mariſce. 33.

Senioribus difficultates ſpirandi: diſtillationes: tuſſes ſtillicidia vrĩe: difficultates vrĩe: articuloꝝ dolores rhenũ dolores vertigĩes attoniti: mali habit⁹. prurigines corporis toti⁹ inſõnie: alui oculoꝝ ⁊ auriũ humiditates. hebetudines oculoꝝ: grauitas auriũ: 34.

¶ Incipit liber q̃rt⁹ Aphoriſmoꝝ dñi hyppocratis a dño Theodoro gaza nup e greco ĩ latinũ traductoꝝ.

Mulierẽ vtero gerentẽ purgabis medicamẽto ſi materia turget quarto mẽſe: ⁊ ad ſeptimũ vſq3: ſ3 eas minus: ab recentiore autẽ ⁊ ab auctiore cauebis. 2

In medicamẽtoꝝ vſu ſi talia ducunt ex corpore qualia vel ſpõte excẽt: vtile ẽ. Si cõtra: cohibẽda ſunt. 3.

Si quale purgari oportet tale purgatur: prodeſt ⁊ facile fertur. Si contra: difficulter. 4

Eſtate poti⁹ ſupra: hyeme infra ducẽdũ medicamẽtis eſt. 5.

Sub cane ⁊ ante canẽ medicamentorum vſus difficilis eſt. 6.

Macilẽtos ⁊ ad vomitũ faciles purgãdos ſ3 curab) cauẽdo hyemẽ. 7

Qui autē ad euomēdū difficiles ſunt ⁊ corpore mediocriter cōſtāt infra purgabis cauendo eſtatem. 8.

Tabi obnoxios caue ne vnqꝫ ad ſupernas ducas euacuatiōes. 9

At vero atra bili cōmotos plenius infra eadēqꝫ ratione contraria afferes. 10.

In valde acutis ſtatim ⁊ die primi euacuandum eſt ſi materia turget. Superſedere enim in eiuſmodi morbo: malo eſt. 11.

Quos tormina vmbilicum fatigāt ⁊ labor atqꝫ lumborū dolor infeſtat: nec medicamento aut vllo alio mō ſolui cruciat⁹ pōt: bis in aquam intercutē ſiccā decumbitur. 12

Quorū a ſui leuitate inteſtinoruꝫ infeſtantur: hiberno tēpore eos ſupra purgare malum eſt. 13.

Qui non de facili ſupra veratrū pugātur: eorū corpora ante potionē humectāda ſunt cibo pleniore quieteqꝫ. 14.

Eū ꝗ veratruꝫ biberit ad corpis motiōes magis ad ſōnos ꝗeteſqꝫ minus ducito: motiōe corp⁹ turbari. indicio ē nauigatio. 15.

Cū liberit vt veratrū amplius ducat: corp⁹ mouebis. Cōtra cum ſiſtēdū cē fueris: ſomnū molieris nec quicqꝫ mouebis. 16.

Veratrū periculoſuꝫ his eſt ꝗ corpore integro ſunt: facit enim conuulſionē. 17.

Si ꝗs nō febriēs inedia exigit ⁊ cordis dolore aut caliginoſa vertigine infeſtat̄ ac oris amaritudinē ſentit: purgatiōe ſe egere pte ſuperiore ſignificat. 18.

Dolores qui ſupra p̄cordia infeſtant purgationē ſupra: qui infra: infra requirūt. 19.

Qui in medicamentorū potione nō ſitiunt cū purgātur: hi nō deſinunt priuſqꝫ ſitiant. 20.

Si tormina acciderūt non febricitanti ⁊ genuū grauitas ⁊ lumborum dolor: purgatione infra opus eſſe ſignificatur 21

Deiectiones nigre modo ſanguinis atri ſpōte veniētes ſiue cū febre: ſiue ſine febre peſſime ſunt: ⁊ quo plures ſunt praui colores: eo pei⁹. Sꝫ ſi ex medicamēto tales egerūtur: meli⁹ eſt ⁊ ꝗ plures nō praui colores ſunt eo melius. 22.

In quocunqꝫ morbo īcipiēte ſi atra bilis vl̄ ſupra vel infra exierit: letale eſt. 23.

Quicūqꝫ ex morbis acutis aut diuturnis vulneribus aut alio quouis modo extenuati atram bilē ſanguini atro ſimilē emiſerint: poſtridie moriuntur. 24.

Difficultas inteſtinorū ſi ab atra bile inceperit: letalis eſt. 25

Sāguis ſupra emiſſus ꝗliſcūqꝫ ē: mal⁹ ē: infra aūt bon⁹ eſt. 26.

Si difficultate inteſtinoꝝ laborāti carcūle exeūt: letale eſt. 27.

Quibus per febres ſanguis alicunde large exierit: his in recreatione alui humide reducuntur. 28.

Quib⁹ deiectiōes biliose creūt ſurditate ſupueniēte finiunt̄. Et ꝗbus ſurditas p̄ceſſerit deſinit ſi deiectiones ſequunt̄ bilioſe. 29

Quibus febricitãtib' die ſexto frigora accidũt: his difficulter iu-dicantur. 30.
Quibus acceſſiones veniũt ſi febris quacũq; hora dimiſerit: eadẽ altero die repetit: his difficile iudicatur. 31.
Qui per febres laſſantur: his in articulos ⁊ maxillas potiſſimum abſceſſus decumbunt. 32.
Quibus ꝯualeſcẽtib' a quauis egritudine pars aliqua corporis dolore vexatur: his eam in partẽ abſceditur. 33.
Quin ⁊ ſi priuſq; egrotaſſent parte aliqua ſui corporis ꝑdoluerint eodẽ morbus decumbit. 34.
Si febricitãti nullo tumore faucium ſtrãgulatio accidit ſubito leta-le eſt. 35.
Si febricitãti collũ peruertitur vt vix deuorare poſſit ſine vllo col li tumore mortiferum eſt. 36.
Sudores febricitãti ſi ſtatim inceperit bono ſunt. Et tertio die et v. ⁊. vij. ⁊. ix. ⁊. xj. ⁊. xiiij. ⁊. xx. ⁊. xxiiij. ⁊. xxvij. ⁊. xxx. ⁊. xxxiiij. his eſſi ſudoribus morbi iudicãtur. Qui aũt non ita veniunt laborẽ ſi-gnificãt: ⁊ longitudinẽ morbi ⁊ recidiuam. 37.
Sudores frigidi ſi cum febre acuta accidũt: mortẽ ſignificant: ſi cũ mitiore: longitudinem morbi. 38.
Et qua parte corporis ſudor eſt: ibi morbũ eſſe ſignificatur. 39.
Et qua parte corporis frigor aut calor eſt: ibi morbus eſt. 40.
Ubi toto in corpe mutatio ſit: ⁊ mõ corp' frigeſcit: mõ caleſcit: aut colorẽ aliũ ab alio recipit: lõgitudo morbi ſignificatur. 41.
Si per ſomnũ ſudoris copia ſine cauſa manifeſta euenit: vſus cibi plenioris ſignificatur. Sed ſi non per cibum id accidit: inanitiõe corpus egere ſignificatur. 42.
Sudor multus modo frigidus: modo calidus aſſidue fluens frigi dus magis: calidus minus: morbum ſignificat. 43.
Quecũq; nõ itermittẽtes tertio die vehementiores redduntur ma gis periculoſe exiſtũt Sȝ ſi quouis mõ itermittũt ſecuritatẽ ineſ ſe ſignificatur. 44.
Quos febres longe exercẽt his vel abſceſſus in articulos: vel dolo res decũbũt. 45.
Quos febres diutine habẽt: his in articulos abſcedit ſi labor ac-cidit. Quibus aũt in articulos abſcedit ſi labor ex febre: hi cibo pleniore vtuntur. 46.
Si rigor accidit per febrẽ ꝯtinuã egro iã debili letale eſt. 47.
Excreationes in febribus nõ interpolatis liuide aut cruẽte: aut fe-tide: oĩes ſunt male. ſȝ ſi bene excernitur ſalutares ſunt deiectio nes etiã ⁊ vrine iuuãt que cõmode exeũt. At ſi nihil cõmode ꝑ ea loca excernitur: malo eſt. 48
In febrib' nõ īterpolatis ſi exteriora frigent interiora vruntur et ſitiunt. letale eſt. 49.
In febre nõ interpolata ſi labiũ: aut oculus: aut ſupercilium aut na

ſus peruertitur: ſi viſus: ſi auditus defecerit egro iã debili: quic quid ex his accidit: mors in propinquo eſt. 50.

Qnibus in febre nõ interpolata difficultas ſpirandi cũ delirio accidit letale eſt. 51.

Per febres abſceſſus niſi primis ſoluatur iudicationibꝰ morbi lõgitudinem indicat. 52.

Quibus in febribꝰ aut in alijs morbis oculis volẽtibꝰ illacrimanť nullũ eſt periculũ: ſed quibus inuitis: periculoſius eſt. 53.

Quibꝰ ꝑ febres lẽtore dẽtes opplẽť: his febres icidũt vehemẽtes. 54.

Quibus tuſſes ſicce leuiter irritantur in febribus arduis: hi non admodum ſiti afficiuntur. 55.

Febres que per acceſſum inguinum accidũt: male ſunt niſi genere ephimere: hoc eſt dyarie cõtinentur. 56.

Febricitanti ſi ſudor accedit febre nõ intermittẽte malo eſt: morbꝰ eñi progatur: pluſq̃ hmiditatis eſſe ſignificatur. 57.

Qui ꝯuulſiõe aut diſtẽſiõe teneť ſi accidit febris morbũ leuat. 58.

Qui ardore tenetur ſi frigꝰ acciderit ſoluetur eo malo. 59.

Febres tertiane ſeptenis circuitibꝰ iudicanť qđ lõgiſſimũ eſt. 60.

Quibus per febres aures obſurduerit: his ſanguis e naribus fuſus aut aluus perturbata ſoluit morbum. 61.

Quibus per febres morbꝰ regiꝰ ante ſeptimũ accidit: malo ẽ. 62.

Febris niſi die pari deſierit ſolet recidiuare. 63.

Quibꝰ ꝑ febres q̃tidie frigus accidit: febres q̃tidie ſoluunť. 64.

Quibꝰ ꝑ febres morbꝰ regiꝰ die ſeptimo: aut quartodecimo acciderit: bono ẽ: niſi ilia obduruerit. nã ſi h̃ ita accidit: nõ bñ ẽ. 65.

In febribus ſi circa aluũ calor vehemẽs ac dolor ventriculi vexat male eſt. 66.

In febribus acutis ſi cõuulſiones aut viſcerũ dolores vehementes acciderint: male erit. 67.

In febribꝰ ſi pauores ꝑ ſomnuꝫ aut ꝯuulſiões accidũt male eſt. 68.

In febribꝰ ſpũs ſubſiſtẽs malo eſt: q̃m ꝯuulſionem ſignificat. 69.

Quibus vrine craſſe: grumoſe et pauce ſunt: nõ ſine febre: ſi tenues copioſe prodierint: proderunt: maxime vero tales exeunt his qui ſtatim aut breui ſedimẽ habeãt. 70.

Quibus vrina turbulenta qualis iumentorũ eſt: hi[illegible] dolor capitis vel adeſt vel aderit. 71.

Quibꝰ ſeptimo die iudicať ad ſalutẽ: his vrina qu[illegible]o die nubeculã hꝫ rubicundã ⁊ reliqua ex ratione. 7[illegible]. [illegible]uibꝰ vrina ꝑlucida alba emittiť malo ẽ: delirĳ potiſſimũ ta[illegible]it. 73.

Quibꝰ ilia ſuſpẽſa murmurãt: ſi lũborũ dolor acceſſerit: his alui ad modũ hũectãť: niſi flatꝰ erũpat ãt vrie copia ꝓdeat idq̃ i febribꝰ. 74.

Quibꝰ in articulos abſceſſurũ eſt: his eximit abſceſſuꝫ vrina craſſa copioſa alba qualis in febribꝰ laborioſis quarto die nonnullis exire icipit. ſꝫ ſi ſanguis q̃q̃ erupit breui admodũ leuabunť. 75

Si ſanguis aut pus effluit per vrinã: exulcerationem aut rhenum

aut veſice ſignificat. 76.
Quibus cum vrina craſſa caruncule exigue: aut veluti capillamen ta exeūt ex rhenibus: his excernitur. 77.
Quibꝰ cū vrina craſſa furfurea, q̄dā exeunt: his veſica ſcabie affe
Quicunq; ſponte ſanguinē mingunt: his venu- (cta eſt. 78.
lam ruptam eſſe in rhenibus ſignificatur. 79
Quibꝰ in vrina decident harenoſa: his calculo veſica laborat. 80.
Si q̄s ſanguinē mingit & grumos & guttatim emittit vrinā ac do lorē ad ventrē imū & pectinē & ſemē: vitijs veſice laborat. 81
Si q̄s ſanguinē aut pus aut ſquamulas mingit: et cū graueolētia in vrina: exulceratio veſice ſignificatur. 82.
Quibus in vrinario meatu tubercula oriuntur; his ſuppuratiōe facta et eruptione leuatur dolor. 83
Mictio noctu copioſe facta exiguā fore deiectionē ſignificat. 84.

Incipit liber quintus aphoriſmorum domini hyppocratis a domino theodoro gaza nup e greco in latinum traductorum.

Conuulſio a veratro letalis eſt. 2
Conuulſio a vulnere letalis eſt. 3
Sanguinis multe profuſionis conuulſio aut ſingultus ſuperueniens malo eſt. 4
Ex purgatiōe cōuulſio aut ſingultꝰ ſupueniēs malo ē. 5
Si ebriꝰ q̄ſquā obmutuerit cōuulſus emorit̄ niſi p̄hēſus a febre ſit aut cū ad eā venerit horā q̄ crapula ſoluit̄ facultatē recipiat lo
Qui a diſtenſione prehendūtur: intra quartū diē inter- (q̄ndi. 6.
eunt. Si tamē hos dies euaſerint: conualeſcent. 7.
Comitiales quibus ante pubertatē accidunt cōmutationem recipiunt quibus anno vigeſimoquinto commoriuntur. 8.
Coſtales niſi intra quartūdecimū diē repurgant̄ in ſuppurationē
Tabitudini maxime etas obnoxia eſt ab anno deci- (vertunt̄. 9.
mooctauo ad trigeſimumquintum. 10.
Qui tabe infeſtantur: ſi q̄d deſpuunt et extuſſiunt grauiter olet et capilli defluūt: letale ſignum oſtendunt. 11
Qui anginā euaſerūt: his in pulmonē abſceditur & intra ſeptimū diem moriuntur. ſi tamen hos dies euaſerint ſuppurantur. 12.
Quibꝰ p tabē capilli defluūt: hi alui fluxiōe ſupueniēte moriūt̄. 13
Qui ſpumātē ſanguinē deſpuūt: his de pulmone educitur. 14.
Tabē detētis fluxio alui accedens letalis eſt. 15
Qui a coſtali ſuperātur ſi intra quadrageſimū diem a quo ruptio facta eſt repurgētur leuātur: alioq̄n trāſeūt in tabem. 16.
Calida ſi immodica ſit: detrimēta hec infert: corporis effeminationē: neruorū incōtinentiā: mentis torpedinē: ſanguinis profuſionē anime defectionem: quibus mors ſequitur. 17
Frigidiora cōuulſiōes: diſtētiones: liuores: algores febriles. 18

Frigida oſſib⁹:dentibus:neruis:cerebro:medulle dorſali inimica eſt. Calida contra:amica eſt. 19.

Que ꝑfrixerit calefaciēda ſūt exceptis his q̄ ſanguinē ꝓfūdāt. 20.

Frigida vlcerib⁹ mordax eſt.cutē obdurat:dolorē inſeꝑabilē mouet:liuorē trahit:algores febriles ꝯuulſiões diſtēſiōeſq̄ꝫ iuehit. 21.

Nōnunquam per diſtenſionem ſine vlcere iuuem bene corporato eſtate media frigide aque larga perfuſio reuocat calorem: calor autem mala hec tollit. 22.

Calida ſuppuratoria vulnerū oīm ſummū ſecuritatis indiciū preſtat:cutē mollit:extenuat dolorē:lenit rigores:cōuulſiones:diſtenſiones mitigat:capitis autē grauitatē ſoluit:oſſib⁹ fractis plurimū prodeſt:ſed precipue his que exuta ſunt eorūq̄ꝫ maxime his q̄ vlcera habēt capitis et q̄ ab algore vel moriunt̃ vel vlcerant̃:nec nō repētibus comeſſis:ſedi genitali vtero:veſice opitulat̃:his calor amicus et decretorius eſt:frigus inimicū atq̄ꝫ interimēs. 23.

Uſus frigide vbi ſanguis ꝓfundit̃:attamē nō qua effluat ſʒ iuxta inijciēda eſt. Quinetiā vbi inflāmatōes ſunt aut inflāmina ad rubrū cruentū ve tendētia ſanguine recēti. Nā veterib⁹ quidē nigredinē affert:ignē ēt ſacrū nō exulceratū iuuat:exulceratū ledit. 24.

Frigida qualis nix aut glacies pectori inimice ſunt:tuſſes mouēt et ſanguinem et diſtillationem. 25.

Tumores articuloꝝ et dolores ſine vlcere atq̄ꝫ etiā podagricos dolores et cōuulſa aqua frigida large effuſa magna ex parte leuat: ſoluit:dolorē extenuat:torpor enim mediocris dolorē mitigat. 26

Aqua que cito caleſcit ⁊ cito frigeſcit leuiſſima eſt. 27.

Qui noctu bibere cupiunt:his admodū ſitientib⁹ ſi obdormierint bono eſt. 28.

Menſtrua ducuntur ſuffitu aromatū:que ſepe vel ad alios vſus reciperentur niſi caput tentarent. 29.

Mulierem vtero gerētem purgabis medicamento ſi materia turget quarto menſe et ad ſeptimum vſq̄ꝫ:ſed eas minus a recentiore autem et ab auctiore caucbis. 30

Mulieri grauide capi ab aliquo morbo acuto:letale eſt. 31.

Mulier pregnans ſanguine miſſo ex vena abortum facit:⁊ magis ſi fetus auctior eſt. 32.

Mlieri ſāguinē euomēti ſi mēſtrua erupint:leuatio mali ꝯtigit. 33

Mulieri mēſtruis deficiētib⁹ ſi ſanguis e narib⁹ fluxit bono eſt. 34.

Mulieri ꝑgnāti ſi alu⁹ nimiū fluxit ꝑiculū faciēdi abortū imiet. 35

Mulieri quā vitia vteri infeſtant:aut que difficulter parit:ſi ſternutamētum ſuperuenit :bono eſt. 36.

Si mulieri menſes decolores nec ſemꝑ eodem tempore prouenitunt purgatione opus eſſe ſignificatur. 37

Si mulieri vtero graui māme ſubito extenuāt̃ abortio ſequit̃. 38.

Mulieri grauide gemis ſi altera māma extenuet̃ alterū amittit:et

ſi dextra mãma extenuata ẽ marẽ: ſi ſiniſtra feminã amittit. 39.
Si mulier nõ ꝑgnãs nõ puerꝑa hꝫ lac: mẽſtrua eiꝰ defecerunt. 40.
Quibꝰ mulieribꝰ ſanguis in vbera colligit̃ inſaniã indicat 41.
Si noſſe libuerit an mulier grauida ſit mulſuꝫ ei bibẽdũ dabis cũ itura cubitũ eſt: poſt deinde ſi venter torquetur grauida eſt ſi minus: non eſt. 42.
Mulier ſi marẽ gerit probe colorata eſt: ſi feminã decolor eſt. 43.
Si mulieris pregnantis vterũ ignis ſacer infeſtat letale eſt. 44.
Que preter naturam tenues vterum gerunt: abortum faciũt donec craſſeſcant. 45.
Mulieres q̃ mediocrit̃ corpulẽte abortũ faciũt ſcdo mẽſe aut tertio ſine cã mãifeſta: his acceptabula vteri plẽa mucorꝫ ſũt: ita ne fetũ ꝯtineant poſſint: ſꝫ ꝑ ſuo põdere ꝓrũpat elabat̃q; ꝑtꝰ neceſſe ſit. 46.
Que preter naturã craſſe cõcipere nequeũt: his vteri os ab omẽto cõprimit̃: itaq; impleri donec extenuent̃ non poſſunt. 47.
Si vterꝰ in coxa poſitꝰ ſuppurat̃: liciamẽtũ recipiat neceſſe eſt. 48.
Fetꝰ q̊ mares ſũt ꝑte vteri dextra ꝯtinent̃: q̊ femĩe magꝫ ſiniſtra. 49.
Si ſcda ꝓcidit ſternutatorio appoſito: nares ⁊ os apphẽdimꝰ. 50.
Si mẽſtrua ſiſtere placꝫ cucurbitulã grãdẽ appone ad mãmas. 51.
Que vterũ gerũt: his vulua ſe comprimit. 52.
Mulieri grauide ſi lac effluit e mãmis fetũ ĩbecillẽ eẽ ſigt. At ſi mãme ſunt firme ac ſolide: fetũ eſſe validiorẽ ſignificat̃. 53
Que abortũ facture ſunt: his mãme extenuãtur. Sꝫ ſi denuo dureſcãt: dolor in mãmis fatigabit aut in coxis: aut in oculis: aut in genibus: itaq; non faciet abortum. 54.
Quibus vteri os durũ eſt: his compreſſum id eſſe neceſſe eſt. 55.
Que vtẽ gerẽtes a febribꝰ capiunt̃: valdeq; extenuant̃ ſine cã mãifeſta he difficult̃ ꝑiũt ⁊ cũ ꝑiculo: aut abortũ faciẽtes ꝑiclitãt̃. 56.
Si ꝓfluuio mulieris ꝯuulſio aut aĩe defectio ſupuenit: malo ẽ. 52.
Si mẽſtrua immodice fiunt: morbi accidunt. Et ſi non fiunt: morbi matricarij accidunt. 58.
Vteri aut recte ĩteſtini inflãmatiõe vrine ſtillicidiũ accidit. Rhenibꝰ ẽt purulentis vrine ſtillicidium ſequitur. 59.
Si mulier nõ cõcipit ⁊ ſcire placet an cõcipere poſſit veſte obuolutã ſuffles infra. Nã ſi odor trãſmitti per os ad nares videbit̃: nõ eſſe ſua culpa ſterilem cognoſces. 60.
Si mulieri grauide menſtrue purgationes ꝓdeunt fieri non poteſt vt fetus beneualeat. 61.
Si mulieri mẽſtrue purgatiões nõ ꝓdeũt: nec horror aut febris ſupuenit ⁊ faſtidia accidunt grauidam eſſe arbitrare. 62.
Mulieres q̃ ꝑhũidos habẽt vteros ꝯcipe nequeũt q̃ ẽt frigidos ſpiſſoſq; habẽt nõ ꝯcipiũt: fetꝰ ei extiguit̃. Nec nõ ſicci ⁊ admodũ calidi ꝯcipe nõ poſſũt genitale ei ſemẽ corrũpit̃ ꝓpter inopiã alimẽti
Que aũt modice tẽperatos obtinẽt vteros he valẽt fecũditate. 63.

Pari mõ viris marib' euenit: aut cũ ꝓpter corpis laxitatẽ diſſlat euaneſcitq́ꝫ ſpũs: ne ſemẽ genitale trãſmitti poſſit: aut ob ſpiſſitudinẽ hũoꝛ nõ foras ꝓcedit: aut ꝑꝑ frigiditatẽ foueri nõ patit vt ad cũ colligat locũ: aut ꝓpter nimium caloꝛez hoc idẽ accidit. 64.
Hac febꝛicitãti, dari aut caput dolẽti malũ ẽ: ⁊ q̃b' ilia ſuſpẽſa murmurãt: ⁊ his q̃ ſitibũdi ſũt. Nocet ẽt q̃b' ꝑ febꝛes acutas biliose ꝺiectiões ꝓdeũt: ⁊ q̃b' ſanguinis m̃lti ꝺeiectio facta eſt. Cõpetit tabe ꝯfectis niſi admodũ febꝛiũt. Dãdũ ẽt in febꝛib' lõgis tuſſibũdis: ſi nec vllũ ex ꝑdictis vrget: ⁊ ꝑter rationẽ eger ꝯſumit. 65.
Quib' tumores in vulnerib' apparẽt: hi nõ maxime ꝯuelluntur neq́ꝫ iſaniũt ſed deletis tumoꝛib' alijs ꝺ repẽte ꝯuulſiões a tergo ⁊ diſtẽſiões accidũt alijs añ iſania aut lateris doloꝛ acut' ⁊ vomica aut difficultas iteſtinoꝝ ſi tumores ſunt rubicundi. 66.
Si i vulnerib' validis ⁊ prauis tumoꝛ ñ apparet: malũ ẽ magnũ. 67.
Vuln' mollez cedens bonũ eſt: crudũ ⁊ renitens malum. 68.
Dolẽti ꝑtẽ capitis poſterioꝛẽ frõtis venã ſurrectã icidiſſe ꝓdeſt. 69.
Mulierib' frigoꝛa icboant a lũbis ⁊ ꝑ doꝛſuz ad caput ꝺueniũt. viris ẽt in ꝑte poſterioꝛe corpis poti' q̃ꝫ de ꝑoꝛe: verbigratia cubitorũ aut femoꝛum curis etiã rara eſt: qð plus declarat. 70.
Qui a quartanis capiunt nõ admodũ ꝯuulſiõib' capiũtur ⁊ ſi ãtea capiebãtur: quartana ſuꝑueniente liberantur. 71.
Quoꝝ cutis obtẽdit ſqualida ⁊ ſicca: hi ſine ſudoꝛe moꝛiunt. Cõtra quoꝝ cutis laxa ſolutaq́ꝫ eſt: hi obeũt cum ſudoꝛe. 72.
Qui regio laboꝛant: hi non admodum inflantur.

Incipit liber sext' aphoꝛi. Do. Hyppo. a dño theodoꝛo gaza e greco in latinũ nuper traductoꝛum.

In lõgis leuitatib' inteſtinoꝝ ruct' acid' ſuꝑueniẽs q̃ non extitit pꝛius ſignum eſt bonum 2.
Quib' nares humẽt aut genitura: hi valitudinarij deſ gũt quibus ccontrario eſt melius valent. 3.
In lõgis difficultatib' inteſtinoꝛũ faſtidioſe inedie male ſunt: peioꝛes ſi accidunt cum febꝛe. 4.
Vulnera obglabꝛata' praua ſunt. 5.
Doloꝛes aut pectoꝛis aut coxe: aut cuiuſuis membꝛi aſi multum infeſtent animaduertendum eſt. 6.
Vitia rhenum ⁊ veſice ſenioꝛib' difficulter ſanantur. 7.
Doloꝛes ventris ſi ſuſpenſi ſunt leuius: ſi non ſuſpenſi grauius infeſtant. 8.
Ulcera aq̃ inter cutẽ que in coꝛpoꝛe fiunt non facile ſanant. 9.
Puſtule late nõ admodum pꝛuriunt. 10.
Dolẽti caput ⁊ vehemẽter laboꝛãti pus aut aqua aut ſanguis effuſus ꝑ nares aut aures egritudinem tollit. 11.
Vitijs atre bilis ⁊ rhenũ ſi mariſce ſuperuenerint bene erit. 12.

A mariſcis diuturnis ſanato:niſi vna ſeruetur:periculū vel aque inter cutem vel tabitudinis imminet. 13.

Singultienti ſi ſternutamenta ſuperuenerint: tollūt ſingultū. 14.

Ab aqua intercute detētus ſi aqua per venas i ventrem defluxerit morbo ſoluetur. 15.

Fluore alui diutino detēto vomit⁹ ſpōte ſuperueniēs tollit fluorē. 16.

Coſtali aut pulmonia detento ſi alui fluor ſuperuenerit malo eſt. 17.

Lippiētē deprehendi alui fluore bono eſt. 18.

Si veſica preciditur:aut cerebrum:aut cor:aut precordia:aut aliquod ex tenuioribus inteſtinis:aut vēter:aut iecur.letale eſt. 19.

Cum preciſuꝫ os eſt:aut cartilago:aut gene particula tenuis:aut preputium:nec augeri:neq̄ coaaleſcere poteſt. 20.

Si ſanguis ꝑter naturā in vētrē traſfundit: ſuppuret neceſſe ē. 21.

Si varices aut mariſce inſanienti ſuperuenerint:inſania ſoluet. 22.

Quecūq̄ rupta ͛ dorſo ad cubitū ͛ſcēdūt:ſāguie͛ tracto ſoluūt. 25

Si meſtitia ⁊ met⁹ longo tempore tenent atra bilis inuitio eſt. 24.

Si quod inteſtinum ex tenuioribus preciſum eſt nūq̄ coaleſcit. 25.

Ignē ſacrū deforis vti introrſuꝫ:nō bn̄ eſt:interi⁹ foras bn̄ ē. 26.

Qui per ardores contremiſcūt:his deliriuꝫ affert ſolutionem. 27.

Qui ſuppurati aut aqua inter cutē laborantes vrunt aut ſecant: omnes intereunt:ſi pus aut aqua vniuerſa effluxerit. 28.

Spadones neq̄ podagra laborant neq̄ calui efficiūtur. 29.

Mulier podagra nunq̄ laborat niſi menſtrua defecerint. 30.

Puer podagra non laborat anteq̄ concūbere incipiat. 31.

Dolores oculorum ſoluit aut meri potio:aut balneum:aut fomētū aut vena inciſa:aut medicamentū epatum. 32.

Qui vitio ligue balbutiūt:hi maxie ab alui ꝓfuſiōe lōga capiūt. 33

Qui acida ructāt :nō admodū coſtali morbo laborāt. 34.

Qui calui ſunt:his varices grandes nō fiunt. Quibus aūt caluis varices ſuperuenerint:his capilli denuo ſubnaſcuntur. 35.

Aqua inter cutem laborāti ſi tuſſis ſuperuenit:malo eſt. 36.

Difficultatē vrine vena inciſa ſoluit incidēde ſunt interiores. 37.

Ab angina detento ſi tumor in collo extitit:bono eſt:foras eīm morbus decedit. 38.

Quib⁹ cancri occulti fiūt:eos nō curari melius ē.qui eīm curant celerius pereūt:qui nō curant diutius durant. 39.

Cōuulſio fit vel inanitione vel repletiōe eodēq̄ mō ſingultus. 40.

Quorum ilia dolores fatigāt ſine inflāmatione:his febris ſuperueniens ſoluit dolorem. 41.

Quibus ſuppuratū quid in corpore abditum nō innoteſcit:id ꝓpter craſſitudinem vel puris:vel loci deliteſcit. 42.

Arquatis iecur effici durum male eſt. 43.

Lienoſisq̄ a difficultate īteſtinoꝝ capiūt:ſi ea ipa difficultas lōga ē aq̄ īter cutē ſupuēiet:aut leuitas īteſtinoꝝ atq̄ ita interiment. 44

Quibus per ſtillicidiū vrine ſuperuenerit voluulus: intra ſeptimū diem moriūtur niſi febre ſuperueniente vrina efflua: ſatis. 45

In vlceribus annuis aut etiam diuturniorībꝰ os diſcedere cicatriceq; effici cauas neceſſe eſt. 46.

Qui gibbi ex anhelitu aut tuſſi efficiunt añ pubertatē itereūt. 47

Qui leuandi ſanguine ſunt aut medicamento purgandi: his verno tempore vel cultello ſoluēda eſt vena: vel medicamentū adhibendum eſt. 48.

Lienoſis difficultas īteſtinoꝝ ſupueniēs bono eſt. 49.

Podagrici morbi inflāmatione ſedata intra quadrageſimū diem deſiſtunt. 50.

Quibus cerebrū preciſuꝫ eſt: his febrē ⁊ bilis vomitū ſupuenire neceſſe eſt. 51.

Quibꝰ bñ valētibꝰ dolores ſubito accidūt capitis ſtatimq; obmuteſcūt ⁊ ſtertūt intra ſeptimū diē pereūt: niſi febris p̄hēdat. 52.

Oculoꝝ ſuſpectiōes ēt p ſomnū obſeruaſſe cōſiliū ē: nā ſi q̇d cādide ptis īſpicit palpebris nō vndiq; ſibi ꝯmiſſis nec alui fluor aut medicamēti potio in cā ē prauū hoc ſignū: letaleq; admodū ē. 53

Deliria que cū riſu accidūt tutiora ſunt q̄ que ſerio. 54.

In affectibꝰ acutis q̇ affligāt cū fe. ſuſpiria luctuoſa mala ſūt. 55.

Podagrici morbi vere ⁊ autūno magna ex pte mouentur. 56.

Attibiliarijs morbis in pericula hec decūbitur: ſtuporē corporis: aut cōuulſionē aut furoreꝫ indicāt aut cecitatem. 57.

Stupores attoniti potiſſimū veniūt a. xl. ad ſexageſimū annū. 58.

Si omentū decidat putreſcat neceſſe eſt. 59.

Quibus a coxendice infeſtatis coxa recedit ⁊ redit; his mucores ea in parte gignūtur. 60.

Quibus a coxēdice infeſtatis diutina receſſerit coxa: his crus contabeſcit ⁊ claudicat niſi aduratur. 61.

Incipit liber ſeptimus aphoriſmorū dñi Hyppo. e greco in latinū nup a dño Theodoro gaza trāſlatorū.

IN morbis acutis frigꝰ partiū extremaꝝ malo eſt. 1.

In oſſe egrotāte caro liuida: malo eſt. 3.

A vomitu ſingultus ⁊ oculorū rubor. malo eſt. 4.

Horror a ſudore non bono eſt. 5.

Ab inſania difficultas inteſtinorum aut aqua inter cutem aut mentis alienatio: bono eſt. 6.

In morbo diuturno inedia ⁊ deiectiones ſincere malo ſunt 7.

Ex multa potione rigor aut delirium malo eſt. 8.

A vomice ruptiōe iterna reſolō aut vomitio aut aīe dēfectio euēit. 9

PTiſana vero ordeacea merito me iudice ſuper omne de gra no factum cibarium in his acutis paſſionibus excellentiſſi ma habetur:eiq; qui eam primo ac precipuum omnibus alijs pre tulit collaudando aſſentior. Primum quippe quia vtilis viſcoſa ē et lenis iuncta:quoq; et mollis:necnon ꝛ lubrica temperatamq; ha bens humiditatem ſitimq; extinguit. Atq; ſi opus fuerit ablui fa cilius nequaquam ptiſana ſtiptica :ꝛ non ad tuſſim nec ad laboreʒ

furioſa. nec inflatur in ſtomacho nec aceſcit: que vtraq; nimiruȝ in decoctiōe dū in ptāte haberet expleuit. 19.

Quapropter cū eam in his morbis cōgruā dixerim exhiberi cauendū eſt: vt nec vna die venas exinanire pmittas: ſȝ abſq; vlla interpollatione dare non deſiſtas niſi fortaſſe quādo potione vel cliſteri fuerit neceſſe. 20.

Si ergo bis in die ſumere cibū conſueuit bis et ptiſanā dabis: ſimiliter q ſi ſemel et ſemel prima die poſtmodū ſi poteris bis aſſueſce ſi illum repleri videaris neceſſe habere. 21.

Itaq; primo hoc modo vel huius quātitatis dandū ē q nec multum nec paruȝ fuerit. neq; groſſum vel nimis ſubtile fuerit: vt videlicet corpori ea que non fuerint neceſſaria vt cōſueta introducātur: nec vene nimiū exinaniantur. 22.

Secundo vero ſi eger ſiccior ſit: q̄ȝ oporteat nō multū iuris dandū eſt: ſed ante illud aquā mellitam propinādum ſiue vinū vtrunq; videlicet quod iuuatiuū videris eſſe: vtrum autem iuuātius ſit in ſequentibus explanabimus. 23.

Quod ſi tūc demū os humidū factū fuerit: et de pulmōe opportune expuerit: eis ſuris tunc ſecunda repletio denegāda non eſt ex toto. Qui eñ citiore multaq; humiditate abūdat eius citior eſt terminus. Qui eñ tarda et pua terminus tardior expectaſ. 24.

De his autē que premiſimus qualiter quidē dictū eſt marie contingit. At vero quedā pretermiſim' q̄ elegātiora magis et neceſſaria: nec ignorāda poſtmodū exequemur. 25.

Sed quādo ſputi plus eſt ſm quātitatē refectionis quoq; pl' aliquid dandū eſt bis: hoc aūt ita vſq; ad termini ſui tēpus et poſtea duobus dieb' exequēdū eſt. deinde vero cuius terminuȝ videbis. 5. vel. 6. die vel. 9. et vt etiā parē et iparē numerū cōſideratio tua amplectatur eis ius ad prādiū da: et ad cenā illū cibum groſſiorem muta. 26.

Sed hoc eis maxime cōuenit qui ptiſanā ab initio in tempore toto exercuerint morbi. 27

In pleureticis: ſi a pricipio adſit facilis ſputi deiectio et eñ dolor mox et pus expuere ceperint: vltro quieſcēdo melioraſ. purgatio aūt ad pfectionē curationis vēturā pducit: virus vero minus coadunaſ: q̄ȝ ſi ab hac diuerſa dieta tradit necnō etiā terminus leuior: atq; purgationis efficacior: minuſq; recidiuus vēturus ē. 28.

Ptiſana vero ex optimo ordeo facta bene ad perfectionē excocta eſſe dȝ: precipue aūt ſi nō colatā dare volueris: ſimiliter autē et ſi colatam. 29.

Cum enim omnes alias hȝ bonitates lubrica etiā eſt: vnde et nociuum ordeum ſi quis tranſglutierit et illud ſecum illabendo ſubducit: neq; eñ inherens tranſmeando vſq; locorum erecti pectoris remanet vel inuiſcatur. 30.

Quippe eni: qr lubriciſſima etiã eſt ſitim amputat: facile di¬geritur. valde eni leuis eſt ſi perfectam habuerit coctionem quibus vero oibus neceſſe habet eger. 31.

Iſi ergo medic⁹ in oibus his quecunqȝ in accipiẽda ptiſana neceſſaria ſunt egro curã adhibeat: vbi vero i illis q̃ ſibi ad op⁹ ſunt ſit pfecta: ſit procul dubio multis modis nociua. 32.

Uibuſcũqȝ eni ciboꝝ reliq̃as i vẽtrẽ hñtibus ea añq̃ purgẽtur porrigit eis: ſi doloꝛẽ habuerint augmentat. ſi autẽ nõ efficitur necnõ flat⁹ crebrius ducitur: ⁊ qḋ maliũ eſt excitat pulmo nãqȝ deſiccat ſub hyppocũdrijs ⁊ dyafragmate laboꝛatur. 33.

Dhuc ṽo qb⁹ lat⁹ dolẽtib⁹ calefactoriũ adhibitũ doloꝛẽ nõ alleuiat: nec erit ſputũ bonũ: ſȝ poti⁹ viſcoſius ⁊ idigeſtibili⁹ efficit. Rurſus ṽo niſi catartico aut flebothomia: vtrũ. ſ. magis neceſſariũ videris doloꝛ diſſoluat in hui⁹ egritudinis ſtatu poſitis: ſi ptiſana det in breui mortis imperio ſubiungãtur 34.

Ex quibus nimirum oibus ⁊ his ſimilib⁹ cauſis cõtingit eoſq̃ ptiſanã cũ toto recipiũt in ſeptimo aut ante neceſſario inter ire. Quoꝛũ quidam vtiqȝ mente patiuntur: alij vero oꝛthomiã vel ſtertendo ſuffocantur. 35.

Uos quidẽ vtiqȝ oẽs celitus eſſe percuſſos antiqui arbitra¬ti ſunt. qr in eis cũ moꝛtui fuerunt: latus vireſcere aut nigreſcere ſicut in percuſſis ſolet fieri locis reperiebant. 36.

Uod quidem eo contigebat ꝙ anteq̃ doloꝛ diſſolueret moꝛte preuenti fuerunt propterea quia cõtinuo deſiderium magni anhelitus incurrerunt. 37.

Sputum quippe quod non excreant aerẽ introductu contrabit ⁊ velocius exire cogit. 38.

Uoniam vtrũqȝ alterũ alteri ad periculum ſuggerit complementũ: ſputũ nãqȝ viſcoſum flatũ inſpiſſat: flat⁹ ipiſſus autẽ ſputi viſcoſitatẽ augmẽtat viſcoſitas vero elabi vetat ⁊ erumpi. 39

Uod nõ tantũ cũ ptiſana ſi non ſuo tẽpoꝛe detur contingit: verũtamẽ ⁊ multo magis cum alij cibum potuȝ ve minus ea aptum ſumere permittunt. 40.

Ia autẽ ſubſtentãdi tam eos qui colatã q̃ eos qui non colatam ⁊ q̃ neutrũ illoꝛuȝ: ſed potũ aliũ ſibi aſſumunt: ⁊ q̃ non ſe¬piſſime vna eademqȝ: interdũ autẽ diuerſa. 41.

Quapropter vt ibi dicã facere opoꝛtet: incipiente itaqȝ febre ſiue cum doloꝛe: ſiue ſine doloꝛe paruo poſt ſumptũ cibũ tẽpoꝛe trãſacto nondũ vẽtre exinanito: ergo ius contradicendũ ẽ accipere vſqȝ dũ vero cibũ ad inferioꝛa inteſtinoꝝ noueris deſcendiſſe 42.

His autẽ qui pleuretici ſunt de potibus oximellis dandum eſt ſi hyemis tẽpus fuerit calidum: ſi autẽ eſtatis fuerit frigidũ ſi nimia ſiti laboꝛauerint: danda eſt mulſa mellis cum aqua 43.

Quo ſũpto ſi doloꝛ loco ingruerit: egroqȝ accidentia inecṽideãtur

timēda: expedit vt hui⁹ q̄titatis ptiſana det q̄ neq̄ ſit groſſa; neq̄ ſit multa: et hoc poſt ſeptimū diē ſi virt⁹ eius hoc tolerare q̄at .44.

QUod ſi antiquus cibus nondū deſcenderit ac breuis tēporis mora poſt cibū nouiſſimū trāſierit: neq̄ ferre valeat patiens ſi eius virtus et etas pmiſerit cliſteris op⁹ ē: ſi aūt defect⁹ ſit virtutis vel etatis ſuppoſitoriū limitādū ē: niſi cibi ſpōte ſua bono q̄ exitu egerātur. 45.

ET vidēdū ē q̄ tpe ius dari debeat in primordio vel in oībus tēporib⁹ morbi. qn̄ eñ pedū plante frigide fuerint: tūc ius maxime et oīs alius potus patiēti denegādus ē ſ; cū iā calor in calcaneū deſcēderit dandū ē: nouim⁹ eñ vim tēporis hui⁹ in morbis quē dē oībus q̄ magna ſit: et in acutis maxime. In his eñ q̄to plus caloris eſt tanto magis cum fallacia ſunt.

DOrro ſuccum ptiſane primo: deinde vero groſſū adhibeas oportet aūt poſt hoc pſpicaciorē rōnē pdictarū ſignificationū et cōditionum operari.

Domini hyppocratis liber ſecūdus regiminis acutorum morborum feliciter incipit.

IN pleureſi ſēo accidēte dolore ſiue cōtinuo ſiue poſt morā primo quidē calefactoriū eſt adhibendū diſſoluendi intētione doloris: nō ſit ſecundū inutile 2.

ESt autē iuuatiuū calefactoriū vel vitreū vas: aut eneū ſiue terreū aque calide plenum. 3.

SEd antea quodlibet liquidorū apponēdū lateri eſt: vt vez calefactoriū ſuccedēs leui⁹ toleret: quorū vtiq̄ melius eſt: ſpōgia ſpacioſa aqua calida infuſa et poſtea expreſſa. 4.

DEinde calefactoriū ex oī latere et omni pte cooperiendū: quaſi quedā veſtis circundet oportet vt quod factū ibidē diuti⁹ immoretur. Cauendū eſt etiam ne fumus inde ad egri nares vt id odoretur aſcendat niſi quādo ſibi iuuamētū videbitur nā et hoc ſ; tps ipſum interdum iuuat. 5.

POſtea ordeū et orobū in aceto infuſa aque mixto: que mixtura ita fortiuſcula ſit q̄ hō poſſit bibere fac bulire. Poſt bulitionē ſēo i ſacculo miſſa lateri ſuppone: ſimiliter ēt de furfure. 6.

SIccorū aūt calefactorioꝝ ea cōueniētia ſunt: que cum ſale cū milio ſimul aſſatis in ſacculo recondita apponūtur miliū q̄q̄ qḋ pondere leuius atq̄ ſubtilius eſt. 7.

NAm huiuſmodi calefactoriū illū quoq̄ qui vſq̄ ad furculas i. ſpatulas aſcendit dolorem diſſoluit. 8.

INciſio autē non fit niſi tunc tantum cum iam vſq̄ ad ſpatulas aſcenderit dolor. 9.

NIſi ergo calefactorio dolor diſſoluat nō in eo diuti⁹ immorādū eſt pulmonē nāq̄ deſiccat: et empima coadunat. 10.

QUando ergo dolor ad ſpatulas aſcendēdo iā ſaltum cōpleue rit ſi grauitas quoqꝫ in brachio vel circa pectus vel dyafrag ma contigerit de baſilica vena eſt flebothomandus. Flebothomo ergo adhibito nullatenus reuoces quin tantā minuas quātitatē ſanguinis: vſqꝫ dū videlicet illū in ſplēdidū colorē vel ex ſplēdido in rubeū: aut ex rubeo in nigredinē videas cōuerti: q̄ vtriqꝫ colores in ſanguine accidunt. 11.

POrro ſi paſſio ſub dyafragmate fuerit: doloꝛqꝫ vſqꝫ ad furculas nō aſcēderit: naturā cū helleboro nigro fellicbino lenias oportet helleboro nigro daucum: vel ſizeleos aut ciminum ſiue aniſum: ſiue quodlibet aliud odoriferū: fellicbino aūt aſſa᷑ cōmiſceas quod ſi vtraqꝫ cōmiſceantur idē opus faciūt. Sed tñ ex helleboro nigro ſolutio fit vtilior τ ad criſim prouocandā efficacior. Illa vero q̄ ex fellicbino eſt ad diſſoluendum inflatiuam vētoſitatem promptior eſt. 12.

HIs itaqꝫ factis poſt ſolutionē de ptiſana dādū ē: minus quidem q̄ cōſueuerat: ſꝫ irreprehenſibilem expedit minuas quātitatem. 13.

TEmpore eſt ſolutiōis nullū ius ꝯuenit ppinari ſolutiōe vero ceſſante: primū q̄dē de ptiſana min' ſumere q̄ cōſueuit dandū ē deinde vero ſemper aſcendendo vſqꝫ dū plus detur ſi dolor quieuerit: neqꝫ quodlibet aliud contrariū occurrens obſtiterit. 14.

Iſte ſermo etiā eſt meus τ ſi neceſſe ſit vti aqua ordei. 15.

AT vero vbi ptiſanā opus fuerit accipere: illā dare a principio cauſe vel morbi fateor eſſe meli' q̄ venarū exinanitionē pcedere: poſtmodū vero in die tertia: morbi autē quarta vel quinta ſiue ſexta: ſiue in ſeptima dari incipere oportet: niſi tātū criſis tūc tē poris fuerit peruentura. 16.

IN quibus etiam preparationis principiū maxime ſecundū ſimile fieri vt dictū eſt oportet. 17.

SImiliter autē τ de potibus illis quos bibi conuenit quos etiā dicturi ſum': nāqꝫ eorū q̄ diximus plurima eadē ſunt. 18.

SCio nāqꝫ multos medicos q̄ extra q̄ oportunū eſt operātes in morbi princip io duobus vel tribus vel plurib' dieb' cuſtodiūt egros poſtea vero ius τ potū illis ſumere permittūt quod etiā paruipendūt. Cū eſt corp' maxima mutatione mutetur ei maximū contrariū illius mutationis opus eſſe dicūt: maximā autē illi' mutationis contrariū optimū eſt: ſed ſm vtilitatē τ concordi. Timc ſecuritati exhibendum: τ maxime in dādo cibū his que media ſunt. 19.

NOciuus vero in mutatione derelinquit q̄ ptiſanā cū fece miniſtrat: nocet etiā τ qui tantū ſuccū ei adhibet: nocet etiā q̄ ſolū ppinat potū: ſed nocumentū eius ad illos non eſt tantum. 20.

IAm et cōſuetudines in dieta: dū etiā ſanitas adeſt ſecundū iuuamentū procedere debēt. Cū ergo ex dieta in ſanis maxia

diuerſitas ꝛ alia huiuſmodi videatur: ꝙ tomagis neceſſe eſt fieri in morbis ꝛ maxime in peracutis. 21.

Quod quidem facile eſt comprehendi: mala namq; dieta cibi ꝛ potus que ſecundū ſimile fit ſecurior eſt in omni tpe tueri ſanitatem ꝙ ea que melior eſt ſi in ea mutatio ſubita fiat. 22.

Qui enim ſemel vel bis in die ſumere cibum conſueuerunt ſi a ſolito vſu in alium ſubito mutentur nocumentum eis generat et defectionem. Quibus aūt nō eſt cōſuetudo prādere ꝛ prādent: mox deficiunt et aggrauantur corpora eorū ac torpent atq; molleſcunt: ſi cenant poſt eructuant acidum. Alij aūt ſunt qui nature mollitiem patiuntur propterea ꝙ ſtomachus eorum contra curſuꝫ ſue nature aggrauatur cui videlicet exinanitio fuerit aſſueta: nō aūt bis impleri: et bis digerere poſſunt in die. 23.

Si quoq; oxiremiam emittant poteſt fieri vt adiuuentur ſic alleuiando ſe ab his que ex mutatione diete in contrarium patiunt oportet itaq; vt poſt cenam per integraꝫ dormiāt noctem. ſi hyems fuerit a frigore ſi eſtas a calore tuti ꝙ ſi nō dormiāt diutiſſime ſuauiter deābulādo nō ceſſent deiceps vo aut nihil: aut leuia: aut minime nociua cenent bibātq; parū vini nec aqua cōmixti. 24.

Similiter autē ꝛ qui bis in die comedere cōſueuerūt: ſi prandium dimiſerint corpora eorū in ſe deficiunt atq; ab omni opere exeunt precordia dolent adeo vt eorꝫ viſcera ſibi ſuſpēſa eſſe videātur. vrina colerica viridiſq; coloris ſterc⁹ incenſum: q̄dā aūt oris amaritudinē oculos obductos tpa formicātia frigidos ſentiūt articlos. 25.

Plurimi vero qui prandium obmiſerunt cenam nequeunt explere qui ſi cenauerint ſtomachus eis grauatur: ſomnū vero moleſtiorem ꝙ ſi pranſi fuerunt ducunt. 26.

Que accidentia ſi quidē etiā ſanis cōtingunt ex immutatione diete diei medie in contrariū ꝙ ſolebāt. Juſtū eſt apud me vt ne quicq̄ in egritudine ſubiūgatur: aut ſubtrahatur. 27.

Si enim ei qui ſemel in die contra conſuetudineꝫ ſuā comedendo tota die venas euacuauerit: ꝛ poſt ſolito more ceuauerit corp⁹ grauatur ſcilicet poſt pretermiſſum prandium vexatione corporis ac defectione: poſt cenam vero grauedine ſequente. 28.

Si iterum cenent poſt largiorem venarum exinanitionē multomagis corpus aggrauatur. 29.

Iuuat itaq; corpus ꝛ venas preter ſolitū exinanientem ſi ab his que in eadem die patitur: tuendo ſe a frigore ꝛ calore atq; labore alleuietur qꝛ illius paſſio in his quoq; duplicatur: cena quoq; ſua leuior ſit ſolito: nec ſicca ſed humida ſit. potus vero non ſit aqua mixtus nec cibi quātitate minor: poſtera autem die prandium alleuiet: ſicq; gradatim ad ſolitum reuertatur vſum. 30.

Quorum vero in ſummo corporis colera dn̄atur ipſi plurimum hoc moleſtius patiuntur.

QUorū aūt flegma eis dn̄ans eſt maxime ſi ieiunent cōtra cō
ſuetudinem ſuam leuius ⁊ facili⁹ ieiuniū ferunt quare ſemel
in die preter vſum comedere facile ſuſtinent. 32.

HEc autem noſtre ad hoc ſignificatiōes ſufficiunt ꝙ maxima
mutatio his q̄ noſtre nature accidūt corporūqꝫ figure gene
rat morbos. 33.

NOn igitur opꝫ multā exinanitionē venarū fieri an̄ ſuū tp̄s
nec dari cibū in ſtatu ⁊ acumine morborū nec dietā ſubito in
his: neqꝫ in illis nec in alijs ſemper permutari. 34.

SEd alia his cōueniētia dicem⁹ de his ꝙ ſtomach⁹ patiť ꝙ vi
delꝫ cibos ſolitos etiā ſi ſint illaudabiles leui⁹ ferret:⁊ pot⁹ ſi
militer inſolitos aūt egrius ⁊ ſi nō ſint mali cibi ⁊ pot⁹ ſilr. 35.

QUapropter eos q̄ multā carnē et allia ⁊ ſimilia magnā vim
habētia contra vſum recipiunt nō vehemēter admiror hu
ius eſſe qualitatis:⁊ in ſtomacho quedā plus faciūt doloris alijs ⁊
alia minus: ſed ſi ea que ſequūtur perpendendo perceperis neceſſe
eſt vt in hac noſtra proportione noſtrorum ciborum vehementius
admireris. 36.

HOc enim cōtra illud eſt: immutatio ergo diete fit in his tan
tum cum corpus non fuerit a dieta immutatū niſi ad vegeta
tionem virtutis: vnde neceſſe eſt vt addamus in cibo: et non in de
fectione vnde neceſſe ſit ſubtrahi. 37.

CUm quo etiam morbi cuiuſqꝫ diſpoſitionem egriqꝫ virtutē
atqꝫ naturam: et in dieta tam cibi q̄ꝫ potus conſuetudinem
oportet vt cognoſcas. 38.

NEc nō etiā in mutatione tua ſemp minime adiungendū eſt:
minui nāqꝫ maximū iuuamentū eſt: ſi tn̄ egro tolerabili⁹ ſit
⁊ morbus in ſtatu ſit vſqꝫ dū ſtatum compleat ⁊ digeratur. 39.

QUod eſt qꝛ diminutio vniuerſaliter eſt magis iuuatiua ſm
plurimū qn̄ infirmus eſt magis tolerās dū pmanet egritu
do eius ſtans vſqꝫ quo cōſequatur ſtatum ſuum vt maturetur. 40.

Quod autem in quibus morbis ⁊ etatib⁹ oportet fieri dico. 41.

ET alia his neceſſaria atqꝫ precipuas ſignificationes ſubiun
gere parum poſt oportet. 42.

NEcqꝫ morbi ſententiam mobilē ſubiūgere in quo plurimū ſer
mo noſter continet: ſꝫ qđ pcellentiſſimū eſt ibi dicēdū eſt: mor
bus aūt acutus eadē die qua initiū hꝫ vel poſtea q̄ꝫtūcūqꝫ cibi aliq̄
recipiunt alij autem qualiſcūqꝫ iuris partem aſſumūt. Ceteri vero
potum in quo panis fuerit infuſus que quidem omnia peiora ſunt
quod ſi his contrarijs ditarentur: ſed tamen minus nociuum hoc
tempore: q̄ꝫ duobus vel tribus diebus venas exinanire: tranſactis
quattuor dieb⁹ vel quinqꝫ huiuſmodi dicta: impertiri: peior vo
dib⁹ venarū euacuatio. In fine aūt huiuſmodi diete ante mor
teſſionē facta exhibitione; qꝛ et hac ⁊ illa dieta vtentib⁹ cele

rius mors plurimũ ītẽdit niſi qñ morbꝰ īfecta fuerit ſalute:nec ẽt erroris in ꝑncipio morbi facti emẽdatio ſicut hec impoſſibilis eſt ſꝫ medicabilior eſt. 43.

Ecce ei iuuamẽtũ in q̄ mihi videor tibi maxie ꝓfuturꝰ: cauẽdũ itaqꝫ ẽ ne i ꝑmis diebꝰ a ꝑncipio morbi ab aliqbꝰ iurũ q̄ ẽt diuerſa cõuenit eſſe egrũ ꝓhibeas paulopoſt eiſdẽ refecturꝰ. 44.

Sunt ei q̄ ptiſanã groſſaꝫ dãt in ꝑncipio morbi ꝛ nocitiuã ignorãt cũ rurſꝰ dederũt eã poſt venaꝝ inanitionẽ duobꝰ diebꝰ vel tribꝰ ſeu pluribꝰ factã:ſunt ꝛ alij q̄ ſuccũ eiꝰ dãt ſilr nociuũ neſciũt eſſe ſi dãdi ꝑncipiũ ꝑ mutilitatẽ nõ fuerit nec q̄cq̄ attẽdũt aliđ aut intelligũt niſi q2 ſi ptiſane groſſum añ morbi digeſtionẽ fuerit datũ ei q̄ ſecũ ſumere conſueuit:maxima leſio inde contingit. 45.

In q̄bꝰ plurimũ ipi errare continet:quippe q̄ ſepiꝰ egros euacuatis venis ad accipiẽdũ ius trãſmutãt:cũ potiꝰ ab accepto iure ad euacuãdas venas eſſet mutandum maxime ſi tunc moleſtꝰ fuerit morbus. 46.

Multotiẽs autẽ ꝛ a capite a ꝑtibꝰ circũ pectꝰ crudi de genere colerũ attrahunt hũores:vñ ꝛ illis vigilie accidũt q̄ profecto digeſtioni morbi repugnant ꝛ anguſtia ſuperabundant:ꝛ murmurãt ꝛ mente ꝑturbantur:oculi quaſi ſubito ſplendore obtundũtur auricule vocum tinitibus implentur: articuli frigẽt:vrina indigeſta ꝛ ſputum ſubtile:ꝛ ſalſum ꝛ paruum ſatiſqꝫ colore tinctũ circa collum ſudor inquietant flatꝰ ꝛ tractus inde ſic ꝑmutant:fortiꝰ atqꝫ crebrius ducit:tpa planantur: ſicut defectio ſpiritꝰ acciderit: hoc peius eſt:a pectore cooperimenta repellunt:manus tremunt:vt pluribus autem inferiora labia palpitant. 47.

Que q̄dẽ accidẽtia ſi in ꝑncipio morbi appareãt:nimiã mẽtis alienationẽ ſignificãt ꝛ egrorũ plurimi inde moriunt. 48.

Qui ꝟo euadũt aut nato a ꝑate:aut ſanguine ꝑ nares fluẽte: aut groſſo empimatis ſputo liberant alioq̄n nõ. 49.

Neqꝫ ẽt quiſpiã medicoꝝ mihi repertꝰ eſt q̄ habitudinẽ egrorũ cognoſcere queat:ſicut opꝫ ſi videlicet virtutis defectionẽ patiunt:aut ſi ex ipa venaꝝ inatiõe ex alia furia:aut ex labore egrũ efficiẽte:ſeu quouis alio torpore nature corporis accidẽte vel ſimilibus accidentibus. 50.

Malũ eſt nimirũ qñ egrũ i dolorisvel morbi acumine defectũ in diuortij die potum aut cibum aut ius accipere permittũt quia ipſam defectionem ex inanitione eſtimant eam ꝛ rurſum econtra malum eſt virtutis defectionẽ ex inanitiõe eſſe qđ ignorãs medicus cibum reſtringit:quo vtroqꝫ errore egri moleſtantur:verũtamẽ hoc vltimum eſt nimis malum priore:vñ tibi familiarius eſſe oportet. Si quis eñ alius medicus ſiue plebeꝰ ad egrũ ingreſſus hoc accidẽs intellexerit:ciqꝫ ea cibi vel potꝰ q̄ a priore medico vetita fuerãt accipe ꝑceperit:nõ eſt dubiũ qñ egro iuuamẽtũ ſit:qđ hmõi ma

gno homini dedecꝰ eſt: qꝛ bis poſterioꝛ ſiue medicꝰ vulgaris fuerit: velut moꝛtuum ſuſcitaſſe videtur. 51.

Et ego quidē ſum dicēs ſignificatiōes quibꝰ opoꝛtet ſignificari ſuper vnumquodq;. 52.

Uicine aūt ſunt be res: ꝛ bis q̄ accidūt ſtomacho ſi eſſi coꝛpoꝛa contra conſuetudinem ſuā magna toꝛpuerint quiete nō poſſunt ſtatim cōfoꝛtari. Qō ſi q̄euerintꝰ atq; requieuerint per lōgum tp̄s: poſtea vero ad laboꝛis exercitia fuerint ſubito trāſlata malū eſt: ſili vero modoꝛ ſingula coꝛpoꝛis membꝛa vt videlicet pes vel q̄libet artuū q̄ ſcere ſolitꝰ: ſi quādo ſubito ad inſolitū transferatur laboꝛis exercitiū: eodem modo ꝛ in dentibꝰ: ꝛ in oculis accidit: nullum deniq; inuenitur membꝛum cui non itidem contingat molli etiam iacere culcitra pꝛeter ſolitum vſum fatigat coꝛpus; ſuper cutem duram et etiam ſub diuo indurat: ſi inſolitum eſt. 53.

Verbi gratia homo quiuis in crure dubiū vulnꝰ habēs cū cōmiſerit ſe Initio laboꝛis ad medicādū: ita vt nec pedē a loco dimouerit: abijt itaq; apoſtema hac ope atq; multo citiꝰ ſanꝰ efficit q̄ ſi in medicādo iuerit ꝛ rediuerit: quod ſi ſupꝛa pedes ſtando ſexta vel ſeptima die vel citius vel circiter: plꝰ illico accidit ſibi doloꝛis q̄ ſi a pꝛincipio in medicando iuerit ꝛ rediuerit: ſi quoq; aliud opꝰ exercuerit: fit eius cauſa grauioꝛ q̄ ſi hoc modo in medicando eundem laboꝛem eiſdem aſſueuerit diebus. 54.

Que itaq; iam dicta omnia ad ſe inuicem teſtificant: qꝛ videlicet immutatio ſubita in contrarium tam in ijs q̄ in alijs nocumento magno conſtat eſſe. 55.

Plus tū ledit ſtomachus: ex ſubita mutatiōe ab inanitis venis ad accipiēdū cibū multomagis q̄ cōſueuerit vel cū totū coꝛpꝰ ꝯmutat ſubito a nimia q̄ete ad multū laboꝛē: q̄ ex mutatiōe ab accepto cibo multo ad euacuandas venas neceſſe eſt aūt coꝛpoꝛi vt q̄eſcat ꝛ requieſcat ꝛ ſi mutatio eiꝰ ſit ſubita de laboꝛe in q̄etē opꝫ inter ſtomachum: a b accepto cibo multo ceſſare: quod niſi fiat coꝛpꝰ vexatur atq; fatigatur. 56.

His aūt oibꝰ de immutatiōe q̄dē repletionis ꝛ inanitionis maxime agit: valēt autem ad oim accidētiū cognitionē: ꝛ ad cam vnde ſermonē habui in acutis ſcilicet moꝛbis ad modū dandi cibū ſ mvtilē immutationē ad furie quoq; ſignificationē necnō ſicut apparent a loco q̄ eſt ſub dyafragmate: ſicut datur ſum: opꝫ eſſi vt ſit permutatio. ſicut p̄cepi de ea deinde vt nō adminiſtret aliq̄d de foꝛtiōe donec digerat egritudo: aut vt appareat in inteſtinis ſignū pꝛouocās ad dimittendum pꝛohibitionem ab vſu cibi. 57.

Multe vigilie faciūt contra cibi potuſq; digeſtionē. Similiter aūt mutatio in diuerſam partē eius mollit inſtrumētum ipſumq; quaſi coctum reddit ꝛ grauat caput.

Finit liber ſecundus.

¶ Domini hyppocratis regiminis acutorum liber Tertius feliciter incipit.

Potus autem dulcis vel vinũ ſiue album ſiue nigrum ⁊ aqua mellis et aqua oximellis: ſiue ſecaniabin acutis morbis exhibẽda ſunt poſt multã ↄſideratiõez in his. 2.

Dulcis aũt potus minus aggrauat caput ꝙ̃ vinũ mentẽ ꝑcutit minus inteſtina vtraqꝫ magis ex purgat: ſed viſcera inflat: ſplenem videlicet et par opilat coleram aũt habentibus ineptus eſt qꝛ eis ſitim infert: ſuperioribus quoqꝫ inteſtinis. eſt eſt iuuatiuus. nec tamẽ contrarius inferioribus. licet inflatiuus ſi preſertim cũ eius inflationi facilis minime ſit deſcenſus: ſed potius in locis qui ſub dyafragmate ſunt immoratur. 3.

Mentez leuius ⁊ minus ꝙ̃ fortiora vina percutit. 4.

Cuius ergo diſpoſitio eſt hec ex vinis ipſum etiam inflat. 5.

Sed plurimum in vrina minus penetratiuum ꝙ̃ vinũ album. 6.

Et eam que cum ſputo fit excreationẽ pluſꝙ̃ alius pot⁹ iuuat. 7.

Qui autem huiuſmodi vinũ bibẽdo patiunt ſitim: minus ſcreãt ꝙ̃ ſi aliud biberent vinum: qui vero non: cõtrarium. 8.

De vino autem albo vtrum ſit laudabile vel illaudabile primo dictũ eſt in his que de dulci potu tractauimus: ſed eius tranſitus in veſicã facilior eſt ꝙ̃ cuiuſlibet alteri⁹ potus cũ quo ẽt vim aperitiuã habere dignoſcit q̃ in his morbis ſemꝑ iuuatiua eſt verũetiã in alijs minus alio vino cõueniẽs eſt: ſed tñ ſi q̃d in corpore mũdificat per viã veſice eſt neceſſe a morbo liberet ſi prout et oportet ꝓpinetur qđ bonũ eſt cognoſcere illam ſignificationẽ vini que iuuamenti ⁊ nocumẽti eſt monſtratiua cuius quidẽ totius noticie oẽs quidẽ medicine priores expertes fuere 9.

Palmeus potus quidẽ ⁊ niger ⁊ põticus in his morbis vtilis eſt ſi nõ fuerit capitis grauitas ac mẽti nõ timeas: nec fuerit diſſimilis ſputi ſcreatus ⁊ exitus vrine nõ eſt difficilis. ⁊ ſterc⁹ humidum ⁊ liquidũ: ⁊ ſimile loture inteſtinorũ: hos eñi ſi quid licet affuerit albũ vinũ ⁊ oĩa vinorum ſimilia nõ dare bonum eſt. 10.

Sciendum eſt etiam tibi ꝙ ſuperioribus ⁊ inferioribus membris minus nociuum eſt ſi aqua ſupermiſceatur: circa autem inteſtina ſalubrius ſi fuerit purum vinum. 11.

h ydromel ſi omnibus temporibus morbi bibitur in acutis egritudinibus eius conuenientia plurimũ minor eſt. eis qui coleram habent amaram quiqꝫ magna habent viſcera ꝙ̃ non habentibus. 12.

h ydromel aũt plurimũ min⁹ ſitis furiam accendit ꝙ̃ vinũ dulce qꝛ pulmonẽ humefacit ⁊ ad ſputũ excreanduz iuuamentũ tẽperatũ preſtat: tuſſim ſedat: hoc aũt ideo qꝛ virtutis hꝫ quiddaz lauatiue: ⁊ ſputũ viſcoſuz pluſꝙ̃ opꝫ reddit. 13.

Aqua mellis multum prouocat vrinam: niſi huic aliqd viſcerum contradicat. 14.

Humores de gñe colere purgat ab ſra: qd aũt purgat aliqñ ẽ bonũ in colore: ali qñ ſatis pluſq̃ oʒ tinctũ pluſq̃ ſpumoſu ʒ qd maxime colerã hñtib⁹ ꝗꝗ magna viſcera hñt cõtingit. 15.

Screatus opportun⁹ cũ ſputo ac pulmõis hũectatio: maxime fit ex potu aq̃ mellis pl⁹ mixte. Sed egeſtio ſtercoris colerã habentiũ ꝛ calorẽ fit ex potu aq̃ mellis cui⁹ mixtio puro vicina fuerit multo plus q̃ eius cui⁹ commixtioni aqua dominatur. 16.

Sed etiam cuius egeſtio hanc habuerit qualitatem ipſi maximo nocumento eſt: neq̃ eñi ardorem qui ſub diafragmate eſt extingui ſed potius furorem ꝛ feruorem ſtimulat: atq̃ infirmo infert morbi intolerantiam: membriſq̃ generat moleſtiam: in inteſtinis autem ꝛ in ſtomacho vulnera generat. 17.

Diuerſitatem autem medicamentorum neceſſariorũ ad hos morbos medicandos poſtea intimabo. 18.

Sed ſi in his morbis acutis pro iure vel potu aquam dederis mellitam vtile tibi in multis oparis: nec multum delinquis: quem autem oporteat illam bibere ꝛ quem non dictum eſt: vt oportuit diximus etiam cur denegetur infirmo. 19.

Sed quidaʒ iam dimittũt dare illã q2 veʒ debilitat illã virtutẽ bibentium vnde ꝛ illis cauſa citam mortẽ credunt impendere qd ita eſſe idcirco videtur ſibi q2 his qui bibit minime põt ſubſtẽtari: debẽt eñi quidã ea tñ vtẽtes qui ꝛ ſi oportune vtunẽ ea. 20.

Non tamẽ hic ſenſus hoc modo perfectus eſt. 21.

Que tamẽ fortior eſt ſi ſola bibatur niſi ventrem ſoluerit. 22.

Est etiam qñ q̃ illud fortius illo leui vino q̃ aquam ſuſtinere nõ poteſt: eſt ꝛ quandoq̃ debilius. 23.

Differentia auteʒ que eſt inter virtutem vini aquoſi et mellis vel vtriuſq̃ nõ cõmixti magna eſt qui enim dupluʒ vini puri biberit q̃ mellis eius virtutem magis illud mellis confortat niſi naturam humefaciat: ſtercoris etiaʒ duplum egerit 24.

Poſt ptiſanam vero ſi aqua mellis bibaẽ ſaturat nimis repletione ꝛ inflat ꝛ eis que ſunt ſub diafragmate locis minime iuuat. Antea vo nõ fit adeo nociua: ſed ẽt iuuamẽto hilior hẽ. 25.

Coctum aũt mel vſui apparet melius: q2 ſubtile ꝛ albuʒ: lucidumq̃ videtur pforabile. Sed eã bonitatẽ illud habere qua crudo preferatur dicere nõ poſſum: nõ eñ ſapor ꝛ flos crudo ſi mel ante coctionẽ bonũ inuenitur. ſed etiã plus defectũ: ꝛ ad egerendũ ſtercus inualidius cõprobatur: quorũ neutrum quantũ ad iuuamentum neceſſarium eſt. Ad quid aũt coqui expediat iudicabo. Si ergo mel malũ fuerit aut immunduʒ inepti odoris: nigriq̃ coloris coctio eius malignitatẽ minuit aut turpitudineʒ. 26.

Potus aũt q̃ oximel dr in hyeme datus in acutis paſſionib⁹ pluri-

mū iuuātioꝛ eſt: q̊bus eſt̄ neceſſe ē ſcreare iuuat flatū bonū fac. 27.
Hoꝛe vero quibus vtitur eo ſunt iſte. 28.
Accidiſſimus vero his q̊bus ſputū ſcreare eſt neceſſe nō parū facit
iuuamēti ꝙ ſi id qd̊ incluſuꝫ ē adiuuat excreari lubricū faciēs atqꝫ
canalia pulmonis dilatās pulmoni preſtat quiddā quietis: qꝛ illud
humidum reddit itaqꝫ maximū impendit iuuamentū: quādoqꝫ ve
ro plꝰm: videlicet accidiſſimus oppoꝛtunum ſcreatū per ſputum fie
ri amittens adiuuare non poteſt: quare ſputi viſcoſitas augmen-
tatur: vnde ꝛ opus illius impeditur. 29.
ACcidit autem hoc illis maxime quoꝛū moꝛbus periculoſus
eſt: vndecunqꝫ fuerit: neqꝫ tuſſire neqꝫ ea que in pulmone ſunt
clauſa ſcreare poſſunt. 30
QUod ſi ita fuerit vires infirmi neceſſe vt cognoſcas ꝛ an ſibi
cum illud dederis ſalus ſperetur. 31.
Sed egroto oximel qn̄ dare volueris illud in vltimo tunc tepiduꝫ
eſſe opoꝛtet atqꝫ paulatim dari: neqꝫ multū neceſſe eſt. 32.
Parum accidiſſimū datum: os ꝛ palatum humidū facit: ſputū ad
iuuat excreari: ſitim extinguit: locis qui ſubdiafragmate ſunt viſce
ribus aptū eſt: atqꝫ leſioni que ex melle acciderit repugnat ꝛ amari
tudinem ab eo pꝛocedentē moꝛtificat. 33.
Rurſus ventoſitatem relaxat: vrinaꝫ pꝛouocat. 34.
Sed in inferioꝛibus inteſtinoꝛum vltra ꝙ̄ opus ſit humiditatem
infert eaqꝫ excoꝛiat. 35.
QUod malum in acutis plerūqꝫ accidit moꝛbis: maxime qꝛ vē
tris ventoſitas exire pꝛohibetur: ſurſumqꝫ remittitur: et qꝛ
debilitat virtutem articulis etiam frigus impoꝛtat. 36.
Itaqꝫ qd̊ nocumentū ex oximelle naſcitur: illud neceſſariuꝫ eſt. 37.
Bonum quidem eſt bibere egrum inde parū de nocte ieiunus an
te accipiendum ius: nec quicꝙ̄ inde pꝛohibet dari poſt cibum ſed
poſt longum tempus 38.
Qui autē ſolo potu dietantur: non groſſe ptiſane quicꝙ̄ accipiētes
nō illis oximel cōuenit ſolū: pꝛecipue cū cōſtet qd̊ excoꝛiet inteſtina
ad hoc eſt̄ agendum cū vene inanes ſunt ſua maioꝛ pꝛeualet potē
tia: quippe non habꝫ fecē ſed aqua mellis minuit eius virtuteꝫ. 39.
Si ergo infirmi iuuamē oximellis omni tp̄e moꝛbi noueris eſſe ne
ceſſarium aceti parum aque mellis immiſcere pꝛout tibi. ſ. ad iuua
mentum tm̄ videtur poſſe ſufficere: quod eius quidē minuit nocu
mentum: ac iuuamentum impedit neceſſariuꝫ. 40.
Uniuerſaliter aūt acredo aceti eos iuuat q̊ h̄nt colerā amarā: non
aūt qui nigrā: colerā autem euaneſcendo in materiam flegmatis
tranſfertur: cum ab aceto trahitur: nigra vero bullit ꝛ creſcendo
multiplicatur. Acetum enim coleram nigram adiuuat multipli-
cari ꝛ pꝛocreari. 41.
Acetū femellis pluſꝙ̄ maſculis inimicaꝰ: qꝛ vulue nociuū eſt. 42.

AQue vero nullum opus inueni niſi q: in acutis bibitur mor-bis:neq; eni i pleureſi vel peripleumonia ſitiz vel tuſſim ſedat: ſputum non adiuuat ſcreare z in his omnibus alijs potibus ope-ratur:maxime ſi eger omni tpe morbi vtitur ea. Si vero de ea pa rum inter oximel bibat z aquã mellis ſcreatui ſputi adiutoriũ lar-gitur cui? rei cauſa eſt potuũ ipſorũ qualitatis mutatio q̃ ab ea fit Aliter eni nullo modo reperimus eã ſitiz ſedare verũ magis furiã incitare:z a q̃ potus in colericis z in q̃bus ſub dyafragmate colera dñatur:in colerã mutatur. Qui aũt eã bibunt ventre eorum ex ñte inanito:eorũ corpora in defectionẽ adducit:magnitudinẽ ſplenis et epatis auget:ſi incenſionez habeãt rugitũ facit:in ſtomacho na tat q: tranſire moratur: quod inde eſt.q: frigiditati pertinet:z in-digeſtibilis eſt neq; fecem deſcendere facit:nec vrinã prouocat. no ciuior eſt:quia naturaliter non habet fecem:ſed ſi cui pedes frigẽt aquam bibat eius nocumentum augmentatur multo magis. 43.

SI dolorem capitis timeas mentiſq; percuſſionem ab vſu vi-ni ſummopere tibi cauẽdum eſt:dandũ ergo pro eo tantũ aque aut vinuz palmarum colori ſimile ſine odore aquoſum z plus mix-tum:poſt quod etiã aque propinandum eſt parum quod eius vir-tutem minuat in capite z in mente. 44.

CUi autem ſolam aquã vni bibere expediat:cuiq; multuz aut parum:z cui calidum aut frigidum parũ iam diximus:quod vero reſtat ſuo tempore ſubiungemus. 45.

DIcam quoq; quo tempore debet dari potus:ſicut ille qui ex ordeo eſt factus z qui cum herbis:q̃ quoq; de vuis paſſis:z q̃ de frumẽto:z qui de melle:z qui de iure:z q̃ de malis granatis:z q̃ de alijs factis cũ ſpeciebus. 46.

BAlnea vero in quibuſdam morborũ iuuant:in quibuſdã ve-ro minime: rurſus bona quidem in quibuſdam locis plus: in quibuſdam minus ſi videlicet neceſſaria aliquãdo preſto nõ ſint Cum vtiq; huic inſtrumenta operi neceſſaria ſiue vtilia:aut ido-nei miniſtri raro inueniuntur. Cum vero infirmus nõ bene balnea tur maximum inde patitur nocumentum neceſſe eſt enim huic of-ficio locus coopertus z a fumo tutus z maxima aque plenitudo: nõ autem crebro balneandum eſt:niſi fuerit forte neceſſe. 47.

UBi autẽ corpus egroti deponendũ eſt nõ niſi calidius q̃ ipſe conſueuit eſſe oportet:primo itaq; parũ aque:deinde crebri? ſuperponenduz eſt. 48.

Uia ergo breuis ſit ad ſolium. 49.

Introitus vero z exitus eſſe facilis debet. 50.

Qui aũt lauatur quietus tacitus:neq; quicq̃ agens:ſed aquam alius ſuperponens corpus diligenter fricando pertractet. 51.

Deinde multe aque permixte preparatio. 52.

Multũ deinde ſuper verſa. 53.

Poſtꝙ loco fricatoꝛij vtere ſpongia ad deſiccādum coꝛpus. 54.
Neqꝫ oleum quādo multum ſicca ſunt adiunge. 55.
Sed caput quantum plus poſſis cū ſpongia deſiccādū eſt. 56.
Et cauendum eſt ne articuli ⁊ caput neqꝫ quicꝙ totius coꝛpoꝛis frigeſcat. 57.
Sed neqꝫ balneandū eſt parua tempoꝛis moꝛa tranſacta poſt acceptum ius vel quecunqꝫ potum. 58.
Neqꝫ quicꝙ potū circa ipſam hoꝛam balnei pꝛopinandū eſt. 59.
Qui balneū amāt vel ſani cōſueuerūt eis maxime adhibendū eſt: ij namqꝫ deſiderant ⁊ iuuat ſi ergo dimiſerint nocet. 60.

Balneare in peripleumonia iuuāti⁹ eſt ꝙ in acutis febꝛib⁹: in latere enim tenero coſte atqꝫ inter ſpatulas exiſtentem doloꝛe3 mitigat. Itē excoquitur quod per ſputum neceſſe eſt excreari ⁊ adiuuat flatu3 etiā bonificat ⁊ ſcreatus aufert laboꝛem quia art⁹ mollit: cutē humidā facit vrinam expellit capitis releuat grauitatē nares humidas reddit. 61.

Balneare humidū vltra modū ventrem habentibus nō eſt plurimū neceſſarium: neqꝫ eis ꝗ ſtiptici ſunt pl⁹ defecto niſi vētre pꝛius purgato: neqꝫ defectis cōuenit neqꝫ faſtidio vomētib⁹ neqꝫ eructus de genere colere emittētibus: neqꝫ fluxum ſanguinis per nares habentibus: niſi illud min⁹ opoꝛtuno fuerit. Tu quoqꝫ ſcis quātum opoꝛteat eſſe: ſi ergo minus ſit: balneum eſt adhibendum: ſi tamen videtur coꝛpoꝛi neceſſarium. 62.
Balneare non nocet amātib⁹: ⁊ ſi bis in die pꝛeceperis. 63.

Balneū multo cōuenięti⁹ eſt ptiſanā fece ſumētib⁹ ꝙ eis qui accipiunt ſolū ſuccum. quib⁹ tñ interdū conuenire videt̃ quādo ꝙ rurſus ⁊ in his minus congruum eſt qui ſolo potu dietantur: ſed in illis aliquando conueniens eſt.

Regiminis acutoꝛum liber quartus incipit.

Cauſon aūt fit: cū reſiccate venule eſtiua hoꝛa euulſeritoꝛi meos. i. acres ⁊ colericos hycoꝛes. i. liquoꝛes ad ipſos. 2.
Sꝫ ⁊ febꝛis multa detinet coꝛp⁹: ſicut ab oſteocopo. i. oſſiū laboꝛe habitum: laboꝛat ⁊ dolet. 3.
Fit autem ꝙ multum ⁊ ex ambulatione longa: ⁊ ſiti longa: cū reſiccate venule du mia. i. acria ⁊ calida reumata euellunt ad ſeipſas. 4.
Fit aūt lingua aſpera ⁊ ſicca ⁊ nigra valde ⁊ q̄ ſ3 indicō. i. vētrē moꝛſus dolet ⁊ ſubegeſtiōes hūide ⁊ ocre fiūt ⁊ ſitis vehemēs ineſt: inſunt ⁊ vigilie aliquādo vero ⁊ alterationes frenū. i. ſapientie. 5.
Huic bibere aquā ⁊ mellicratū coctū da aquoſum ꝙtū vult. 5.

Et ſi amarũ os fuerit vomere confert ⁊ ventrem cliſterizare. 6.
Si vero adhuc non ſoluatur: lacte aſine coquens purga. 7.
Salitum autẽ nihil neq; drimi .i. acre offerre. non eñi ſubducet. 8.
Sorbitiones aũt donec extra criſim dies facta fuerit ne des. 9.
Et ſi ſanguis ex narib⁹ fluxerit: ſoluitur paſſio ⁊ ſudores ſupuene-
rint cretici guiſij .i. ꝓprij ⁊ certi: ⁊ cũ vrinis albis ⁊ groſſis lenib⁹ ſub
ſiſtentibus hypoſtaſibus. 10.
Et ſi apoſtema aliquod factum fuerit. 11.
Si vero ſine his ſolita fuerit reuerſio rurſus erit egritudinis vel ver
tebri crurũ doloꝛ cõtingit ⁊ expuet groſſa ſi debet ſanus eſſe. 12.
Cauſi gen⁹ aliud vẽter ſubducẽs ſitiq; plen⁹: lingua aſpera: ſicca:
ſalſa: vrine defectio: vigilie: extremitates infrigidate. 13.
Tali cauſo niſi ſanguis ex naſo fluxerit vel apã circa collũ factũ fue
rit vel crurũ doloꝛ cõtigerit: vel ſputa groſſa expuerit hec eñi conſi-
ſtẽte ventre fiũt: vertebꝛoꝝ doloꝛ vel pudendoꝛum liuoꝛ non indica
tur cum teſticulis tenſis creticum. 14.
Et hic ideſt venter ſubducens ſcõm eundem dictũ eſt modum. 15.
Boſmata vero .i. ſoꝛbitiones epiſpaticas .i. euulſiuas, da. 16.
Acutas autẽ paſſiones flebothomabis ſi foꝛtis appareat egritu-
do: ⁊ q̃ habẽt iuueneſcunt etate ⁊ robur aderit eis. 17.
Situr q̃dẽ ſi q̃s ſquinãtic⁹ electro .i. electuarioꝝ mũda ſiue ali
q̃d pleureticoꝝ: ſi ꝟo imbecillioꝛ appareat ſit ⁊ pl⁹ ſanguinis aufe
ras: cliſteri ſm ventrẽ vti per tertiũ diez donec in fallacia factus fue
rit egrotans ⁊ fame indigent. 18.
Phleuminãcia hyppocũdria nõ ſpirituũ aſſumptiõe fremõ A.
dyafragmatis incenſiõis vel ſpirituum accẽſſiones oꝛthomie
ſicce quibus non pus ſubit: ſed ad defenſionem ſpirituum paſſiões
he ſuperueniũt: maxime ꝟo ⁊ epatis doloꝛes ⁊ cõuerſiões egritudi-
nũ nõ poſſunt ſolui: ſi quis pꝛi⁹ tẽptauerit farmacare .i. farmacũ da
re: ſed flebothomia taliũ hygenionicum ideſt pꝛincipale eſt. Dein-
de vero in cliſterib⁹ niſi magna ⁊ foꝛtis fuerit egritudo: ſi ꝟo nõ poſt
ea farmacia indiget aut in fallacia: ⁊ moderatiõe poſt flobothoꝛ-
miam farmacia. 19.
Quicũq; ꝟo fleuminãtia in ꝓncipio egritudinũ mox conant
ſoluere farmacia ꝯtẽti q̃dẽ ⁊ fleuminãtis nihil auferũt neq; re
mittit cruda exiſtẽs paſſio: reſiſtẽtia ꝟo egritudini ſana colliquãt im
becilli vero coꝛpoꝛe fiente egritudo dominat. cũ aũt egritudo domi
natur coꝛpoꝛi hoc tale inſanabiliter habet. 20.
SI ꝟo affonũ .i. inuocalẽ repẽte venaꝝ aſſumptiões fiũt: ſi ſano
hoc homini cõtingat ſine occaſiõe vel alia cauſa foꝛti. 21.
ET auferre ſanguinẽ ſm habitum ⁊ etatem excogitans quidez
quod plurimum ⁊ quod minus. 22.
ACcidũt aũt plurimis eoꝝ talia: ruboꝛes faciei: ⁊ oculoꝝ ſtatio-
nes diſtãtie manuũ ſtridoꝛes dẽtiũ pulſ⁹ maxillaꝝ coactio ifri

gidatio extremitatũ ſpirituum defectiones in venas. 23.
QUicũqꝫ dolores ꝑgenite.i.aduenerint nigre colere ⁊ ozimeoꝝ
.i. acriũ reumatũ īfluxiõesfiũt:pollẽt aũt it⁹ morſa:morſe ⁊ õ
vel ſiccefacte ⁊ vene tẽdunt: ⁊ fleuminãtes euellũt influẽtia: ⁊ ſi corru
pto ſanguine ⁊ ſpiritib⁹ nõ potẽtib⁹ in eo vias q̃ ſm naturã ã bula
re infrigidatiões fiũt accẽſiões ⁊ ſcotoſes.i.tenebroſitates ⁊ affonia
ideſt inuocalitas: ⁊ caluaria.i.capitis grauitas ⁊ ſpaſmi ſi iã in cor
vel e par vel in venã venerit:vnde epiletici fiunt:vel parapliges.i.ap
popletici:ſi in loca cõtinẽtia inciderint ſpiritus ⁊ a ſpiritib⁹ non po
tentibus tranſire deſiccatus fuerit. 24.
Et opꝫ hos tales ꝑfomẽtãtes flobothomare in principio cõfeſtim
ſublimib⁹ exiſtẽtib⁹ omnib⁹ circunſtantib⁹ ſpiritib⁹ ⁊ reumatibus
facile eni auxiliabiliora ſunt. 25.
ET reſumẽtẽ ⁊ criſeos ſup cõſiderãtẽ pharmacare:ſi nõ alleuia
tur ſurſuꝫ. Inferiorẽ aũt vẽtrẽ ſi nõ ſubegerit cliſtere aſine lac
coctuꝫ da ⁊ bibat non minus.12.cotilis.i.pugilis ſi vero robur cir
cuntenet non minus ſed plus.16. 26.
Sinanches autem fit vel ſquinantes:cum reuma ex capite multũ
et conglutinoſum hora hyemali vel vernali ad fagitidas.i.occiſi
uas venas ſuperfluat ⁊ ſpiritum amplexiorem propter latitudineꝫ
epiſpaſon euellent. Cum reuma autem frigidum exiſtens ⁊ conglu
tinoſum eſt eufractabit.i.opilabit tranſitus ſpiritus et ſanguinis
epefractans coagulat eas que proprie ſanguinem et immobilem ⁊
ſtabilem facit natura frigidum exiſtens ⁊ euphraticum:ideſt opila
tiuum ⁊ propterea coagulatur :lingua liuida effecta ⁊ rotũdata et
recuruata propter venas que ſub lingua ſunt:ſucciſe enim vene hi
vero columnulam vocant alterutrumqꝫ venam groſſam. Cum igi
tur plene exiſtentes he ad linguam firmantur ⁊ terminantur rarã
exiſtentem ⁊ ſpongioſam propter ſiccitatem:deinde hec a violen
tia humidum quod ex venis ſuſcipiens ex lata quidem, rotũda fit
ex bene colorata vero liuida:ex molli vero dura ex bene vero curua
bili incuruabilis vt cito ſuffocet niſi quis cito auxiliabitur flobo
thomiam faciens a brachijs ⁊ venas que ſub lingua ſuccidens et
pharmacijs attractiuis ⁊ gargariſmis calidis ⁊ caput radens ⁊ ce
rotum collo ⁊ capiti circumpone: ⁊ lanis circumuoluere ⁊ ſpongijs
mollibus et aqua calida experimente fomentare ⁊ bibere aquam ⁊
mellicratum non frigida :ſuccum autem offerre cum criſis in fal
lacia iam fuerit. 27.
Cum vero in eſtiua vel autũnali hora ex capite calidũ reuma de
fluxerit ⁊ nitroſum ſeu ab hora drimi.i.acre ⁊ calidũ factũ mordet
aũt hoc tale exiſtens ⁊ vlcerat ⁊ ſputo implet ⁊ orthomia aduenit ⁊
ſiccitas multa ⁊ que inſpiciuntur hyſophia.i.ſubtilia apparẽt. 28.
Et poſteriores tentanos in collo tendit ⁊ videt vt tetanus tendi
⁊ vox apoſoge ⁊ ſpiritus paruus. 29.

Et antipaſis ſpiritus ſpiſſa ꝛ violenta fit. 30.
Sed ꝛ arteriā vlcerat his qui ita diſpoſiti ſunt: erit autē propter drimica: ideſt accredinem humoris videlicet. 31.
Si febris aſſumpſent veteri ſtercore ſubeunte vel nouiter comeſto ri exiſtenti ſine cū dolore coſte ſiue non: quietem agere donec deſcē derit cibus primum ad inferiorē vētrem. 32.
Potu autem vti oximelle. 33.
Si vero lappato.i. fluxibili exiſtenti cauſus ſupuenerit: ſi tibi videbi tur farmatie apte habere in horis triū diex nō pharmacare debes ſed quartanum. 34.
Cum autem pharmacaueris ſorbitionibus vtere obſeruans paro xiſmos febrium: vt nunq̄ offeras exiſtentibus neq̄ debentibus eſſe futuris: ſed deſinentibus vel quieſcentibus.i. ceſſantibus ꝛ vt lon giſſime a principio. 35.
Quibuſcunq̄ vero dyathelos.i. finaliter venter humidus in febri bus: his differēter pedes calefaciens ꝛ piſtellens.i. cōſtringens ce rotis ꝛ coronis circū voluens caue vt non ſint frigidiores alio cor po ꝛc: calidis vero exiſtentibus calefactiones nullas offeres ſed ob ſerua vt non infrigidentur: potu vero vtanť q̄ minima aqua fri gida vel mellicrato. 36.
Quibuſcunq̄ in febribus venter humidus ꝛ mens turbata: et multi taliū croidas: ideſt vellera auferunt ꝛ naſos fodiūt et ſm parum quidē reſpondent ad interrogata ipſi vero ad ſeipſis nihil dicunt rectum: videtur igitur mihi hic talia melancolica eſſe ſi vero talibus exiſtētibus venter humidus fuerit ꝛ colliquat: vide tur mihi ſorbitiones frigidiores ꝛ groſſiores offerre ꝛ pot⁹ ſtipti cos.i. conſtipatiuos ꝛ vinoſiores vel cōpactiores. 37.
Quibuſcūq̄ vero febrium verſiones a principio ꝛ pulſus ca pitis ſunt ꝛ vrina ſubtilis his op₃ expectare ad criſes extra cuituram eſſe febrē: nō admirari vero ſi deſipuerint. 38.
Quibus vero in principio vrine nebule formes vel groſſe: hos ta les ſubpurgare ꝛ ſi alia cōferunt: quibuſcūq̄ vero in principio vri ne ſubtiles ne pharmaces hos tales: ſed videtur vtile cliſterizare hos cōfert ita curari. 39.
Corpori quidē quietem ducentem ꝛ vngentem ꝛ periſellon ata: id eſt circum conſtringente₃ homales: ideſt equaliter: pota vero melli crato aquoſo et ſorbitione ſucco ptiſane ad veſperam ventrē aūt ſubducit ſecundum principia cliſtere pharmaca vero ne adducas his in principio: ſi enim aliquid mouebis ſecundum ventrem vrīa non matura ſed amendros.i. inſudabilis: ꝛ acritboy.i. incriſſbilis febris per multū tēpus erit. 40.
Sorbitiones autē cū prope criſim fuerint ne des ſi turbeť cu₃ aūt remiſerit ꝛ addiderit ad melius: cuſtodire vero oportet ꝛ oium fe brium criſes ꝛ auferre ſorbitiones ſm hoc tp̄s. 41.

Didicerunt autē he longe febres fieri ⁊ apata.i.abſceſſus habere ſiquidē inferiora frigida fuerint.ſed habēt trāſmutationes: fluit aūt ſanguis ex naribus ⁊ vētres talibus turbantur. 42.

Quicūq; vero febres aſſodes.i.anxieſūt ⁊ hypocūdria.i. precordia tenduntur ⁊ iacentes nō ſuſtinēt in eodē ⁊ extrema infrigidata oīa plurima diligentia ⁊ cuſtodia indigent: deducere vero eis offerentes nil aliud ꝙ oximel aquoſum ſorbitiones autē nō offerri donec deſinat ⁊ vrina digeſta fuerit. 43.

Accubare vero ad obſcuras domos ⁊ accubare in molliſſimis ſtratis multo tēpore ad eandē deſluētē: ⁊ vt minime reijciat ſe: maxime vero hoc tale; tales iuuat. 44.

Hypocundrio vero lini ſemē iungens appone: cauēs vt nō frixerit i. frigeat appoſitū ſit aūt ſumme tepidum coctum aqua ⁊ oleo. 45.

Conniecturari vero ex vrinis quod futurū eſt eſſe: nā ſiquidez fuerint groſſiores ⁊ coccothere.i. flauiores ſunt meliores: ſi vero ſubtiliores ⁊ nigriores pernicioſiores. 46.

Si autem tranſmutationes habuerint ⁊ tēpus ſignificāt: neceſſe ē egritudinē tranſmutari ad deteriora ⁊ meliora anomaliā: ideſt inequalitatem. 47.

Inconſiſtentes autem febrium ſinere donec ſtent: cū vero ſteterint obuiare cū dieta ⁊ cura decēti ſm naturā ↄſiderās. 48.

Sunt aūt viſiones multe laborātium. 49.

Ideo attendēdū eſt ſananti vt nō obliuioni tradatur aliqua occaſione. 50. Neq; eorum que ſm mentem. 51.

Igitur maxime quidē oportet imparē numeruz vereri qđ hi dies heteropes.i. altero repetentes faciunt laborantes. 52.

Cuſtodire igiẗ opz pmā diē q̄ incipit ībecillis eſſe q̄ laborat ſciētez pncipiū ex quo ⁊ quid antecedit ei hoc eſt primū ſcire: cū aūt interrogauerit eū ⁊ ſcrutat⁹ fuerit oīa: primū qualiter quidē caput hʒ ſi indoloroſuz ⁊ nō grauedinē hʒ in ſeipſo: deinde hypocūdria ⁊ coſtas ſi indoloroſa nā hypocūdriū quidē ſi doloroſum ē vel eleuatū vel ſcolionia.i. cōuerſionē hʒ vel ſatietatē: vl' coſte dolor inſit ⁊ ſil' cū dolore vel tuſſicula vel tortio vel dolor vētris cū aūt q̄d hor affuerit hypocūdrio: tūc maxie ſoluere vētrē cliſterib⁹: bibat aūt mellicratū calidū coctū. adijcere vo ſiue in ſurrectionib⁹ ſi lippotomizat ⁊ ſi ſpūs euforia.i. bona patiētia cū hʒ videas a ſit egeſtionē ne aliquē forte nigrū egeſſerit colorē vel eurū quales ſani vtiq; ho les egeſtiōes ⁊ febris ēt in tertiā diē ſup exacerbata īſpiciēs valde bn̄ tales in his egritudinib⁹: tertianas adhuc iā ⁊ alia cōſpiciēs ſi q̄rta tertie diei ſiſẗ quid hʒ: qđ horū ipſorū pericuIoſius ſit ſigna vo nigra quidem egeſtio mortem ſignificat: ſimilis aūt ſano cum oībus vtiq; diebus appareat ſalubre. 53.

Cum autem nō obediẗ balnano.i. ſuppoſitorio: inſit aūt ſpūs eufonia.i. bona patiētia: ſurgēs in thorū vel thronū vel ibi in

lectulo:ſi abſithia.i.inanioſitas iſit:hoc aũt cũ aderit laborãti maſculo vł femine ꝛſꝫ ꝓncipia inaſcũtur deſipiẽtiã expecta futurã. 54.

ATtendere vero ꝛ manus ſi vero tremule fuerint expecta tali diſtillationẽ ſanguinis per naſum futuram. 55.

INſpicere vero oportet ipſas nares:ſi ſilr ſpũs ꝑ vtraſqꝫ trahat:ꝛſi multus ferat ex naribus amat fieri ſpaſmus. 56.

SI ꝟo in febre hyemali lingua aſpera facta fuerit:ꝛ abſichie i.inanioſitates inſint amat huic tali ꝛ remiſſio eſſe febris ſed tñ hunc talẽ cuſtodire in famẽ velis ꝛ aque potu ꝛ mellicrati potu ꝛ etiã in ſuccis cuſtodi:neqꝫ credes remiſſioni febris huic:qꝛ ꝙ ꝙdem talia habẽt ſigna periculoſi ſunt mori. 57.

CUm in febribus terribile quid factũ fuerit quintanis exiſtẽtibus vel venter repẽte humida egeſſerit:vel abſirbia.i.inanioſitas facta fuerit:vel affonia.i.inuocalitas aſſumpſerit:vel ſpumoſus factus fuerit vel ſingultuoſus: in ijs aſſodis ideſt anxius amat fieri:ꝛcirca hyppoꝛino.i.quod ſub nares ꝛ frontem ſudores ꝛcollum retrorſum capitis. Qui vero hec patiuntur moriuntur inflati.non in longum. 58.

QUibuſcũqꝫ autẽ in febribus crura fiunt hyſmadra ideſt vlceroſa ꝛmorantia nõ maturantur exiſtentibus in febribus ſi ꝛ acciderit ſuffocatio pharingis ideſt faucibus ſubtilibus exiſtẽtibus que circa pharingam:ꝛneqꝫ digeritur ſed neqꝫ extinguitur: amat huic talis ſanguis fluere ex naſo.ꝛſi quidem multus fluxerit ſolutionem ſignificat egritudinis:ſi vero non longam ꝙtocunqꝫ vero paucior fluxerit:tanto deterioꝛẽ ꝛlongiorem:ſi vero alia facillima facta fuerint huic expectare ad pedes dolores:ſi vero tetigerit pedẽ:ꝛdoloroſus factus ꝑmaneat ignitus factus ꝛnõ ſolutus fuerit paulatim veniẽt ad collũ dolores ꝛad clauum ꝛhumerũ et ad pectus ꝛarticulũ ꝛhoc indigebat ſimathodis ideſt vlceroſus fieri extinctis autem ijs ſi manus contrahuntur vel tremule facte fuerit craſmus hunc talem ſuſcipit ꝛdeſipientia: ſꝫ ꝛphligaria.i.ampule ſupercilio ꝛrubores habet ꝛpalpebra altera circa alterã palaſtrarij.i.germinat durus flegmon detinet:ꝛhydent.i.tument oculi et deſipiẽtia multũ ſuperaddit:noctes autem magis ſuperſignificãt ꝙ dies ea que circa deſipientiã:ſigna vero maxima multa fiunt in imparem numerum ꝙ parẽ:quicunqꝫ vero horum numerorũ fiunt periculoſi ſuperueniunt. 59.

HOs aũt tales a principio pharmacare eligens ante quintã ſi vorvoriſat.i.gurguliꝫat vẽter ſi ꝟo nõ ſinere apharmaliẽtos.i.ipurgatos eſſe ſi vero diauoriſte ꝛegeſtiones cholerice fuerit ſcamonea ſuppurga moderate alia ꝟo cura ꝙ minimos offerre potus ꝛſorbitiões vt meliꝰ ſorbeat.ſi ꝟo nõ ſuꝑuenerit ꝙrtãdecimam excedentes. 60.

CUm febricitanti quartadecima exiſtenti affonia.i.inuocalitas

affuerit:nō amat ſolutionem citam neqꝫ egritudinis eiectionē fieri: ſed tēpus hoc tale ſignificat:cū autē apparuerint in die hac i.quartadecima longius accidit. 61.

CUm aūt febrīēti quartano lingua turbata verba loquitᷣ:⁊ vēter colerica ſubegerit humida:amat delirare hic talis. 62.

EStiua ⁊ autūnali hora ⁊ı̄ acutis ſanguinis diſtillatio repēte fiēs ſymconiā.i.fortitudinē ⁊ multā inflamationē ſecundum venas oſtendit:⁊ in poſteriore ſubtiliū vrinarū ſuper apparētias ⁊ ſi tendit ad ſtatū etate ⁊ corpus ex gimnaſijs vel euſarchia.i. bonā carnoſitatē habeat vel melancholicū:vel ex potu manꝰ tremule bonū hꝫ:deſipientiā predicere vel ſpaſmum. 63.

ET ſi quidē in paribꝰ ſupuenerit meliꝰ in criſi ꝟo ꝑnicioſuꝫ niſi multus abūdāter excurſus ſanguinis exitum faciet ſuperabūdātie ſm̄ nares vel anū epyſces vel apoſtaſes vel dolores hyppocūdriorū:vel ad teſtē vel ad crura:ſolutis autē his exitꝰ fiūt ꝑ ſputa vel ſputoꝝ ⁊ groſſarū vrinarū leuiū albaꝝ exitus. 64.

HEbri ſiticuloſe opū vel cpos.i.ſuccū ſilphij oximel daucū terēs bibere da ⁊ galbanū in melle ⁊ ciminū elicticum.i. electuariū ⁊ ſu ccū ptiſane in his ſorbere:afflictos.i.impaſſibilis autē hic talis:niſi ſudores cretici vel ſomni homales ſuperuenerint ⁊ vrine groſſe ⁊ drimies decurrant:vel in apoſtemata firmētur. 65.

COtallus ⁊ mirtha elicton.i.electuariū:bibere autē his talibꝰ oximel da ꝙ̄ minimum. 66.

Si ꝟo ſiticuloſi vehemēter fuerint ordeacee aque bibat quidē.67

Periplemonica ⁊ pleuretica ita oportet ſcrutari ſi acuta febris fuerit et dolores lateris vel amborū ⁊ ſpiritu ſurſum delato ſi doleat ⁊ tuſſes inſint ⁊ ſputa expuit ignea vel liuida ⁊ ſubtilia ⁊ ſpumoſa et ant hira.i.florida vel crocea ⁊ ſi quid aliud diuerſum habet ꝑter ea que educta ſunt hos ita oportet deducere. 68.

Si vero dolor ſurſum finiat ad clauū vel circa vbera vel brachia incidere oportet in brachio venā que intus ad qualeſcūqꝫ partiuꝫ fuerint ſm̄ hanc. 69.

Subauferre ꝟo ſecundū habitū corpis ⁊ horā ⁊ etatē ⁊ calorē plꝰ aūt audens ſi acutus dolor fuerit ducere ad lipothoſim.i.defectionem animi. 70.

Demū ſubcliſterizare poſt hoc. 71.

SI vero ſubtus inferiꝰ thorace dolor fuerit ⁊ tēdit valde pleuretico ventrē ſubpurgare.in medio ꝟo purgationis nihil da poſt purgationē aūt oximel pharmacare vero quatarnum. 72.

SI vero non facile erectus fuerit :minorē potum ⁊ ſorbitionem paucum ſuccum ſubtilem ⁊ ſemel in quacūqꝫ hora melius agit cognoſce autem ex vrinis. 73.

Matura ꝟo ſunt pariſcella.i.ſputa cū facta fuerit ſil'ia pyro.i.puri vrie ꝟo mature ſunt q̄ ypoſtaſes hn̄t ſubrubeas q̄les orobū.74

Peripleumonie electuariũ cotallũ galbanũ attractiuum cũ melle attico abꝛotanũ in oximelle piper helleboꝛũ vel electuariũ nigrũ decoquẽs ꝛ pleuretico ꝛ periplemonico in pꝛincipio circũ doloꝛoſo exiſtẽte da bibere: bonũ autẽ ꝛ panaces in oximelle bullientẽ ꝛ colantẽ da bibere. 75.

Diſſenteria apoſtema aliquid vel eleuationẽ quieſcens.i.caſſans facit niſi in febꝛib⁹ ꝛ ſudoꝛes ꝛ vrine groſſe ꝛ albe ꝛ lenes ſuperapparẽt in tertianis dieb⁹ vel acbirſon.i.varicẽ vel ad teſtẽ vel ad crura doloꝛ vel ab hyſchion.i.vertebꝛũ firmetur. 76.

In febꝛe colerica ante ſeptimũ cum rigoꝛe hycterus ſuper inatus ſoluit febꝛem: ſine rigoꝛe vero ſi ſuperinnaſcatur extra tẽpoꝛa pernitioſum. 77.

NEceſſitas quidē in eis eſt multa propter cōmunitateȝ filij in attractione aeris. ipſe enim quaſi duabus attrahunt neceſſitatibus ⁊ duab⁹ aeris attractionibus. Sed virtus proculdubio nō augmentat: neq̄ etiaȝ minuitur niſi q̄ntū oportet ꝓpter latitudinē paucā: que ꝓuenit ex pondere pregnationis: propter hoc igitur indicium virtutis medie et neceſſitatis fortis vincit: ⁊ augmentatur pulſus ⁊ fi velox ⁊ ſpiſſus.

¶ De pulſu dolorum. Capl'm.16.

DOlor mutat pulſū: aut ꝓpter fortitudinē ſui: aut q2 ē in mēbro principali: aut ꝓpter longā morā ſui. ¶ Et dolor quidē cum in ſui principio fuerit: faciet virtutē ebullire ⁊ mouebit ipſam ad reſiſtendum ⁊ referendū ⁊ inflammabit caliditatem. Fiet ergo pulſus magnus ⁊ velox ⁊ maioris ſpiſſitudinis: q̄m ſiṗo magnitudinē faciet ⁊ velocitatē. ¶ Cumq̄ dolor ad finem ſue fortitudinis peruenerit propter illud qđ diximus de modis procedet minorādo ⁊ redibit ad inferiora donec magnitudinem perdet ⁊ velocitatem ⁊ vicem eaꝝ ſupplebunt ſpiſſitudo fortis ⁊ paruitas ⁊ formiculatio ⁊ vermiculatio. Et ſi augmentatus fuerit: adducet ad raritatē ⁊ perditionem.

¶ De pulſu apoſtematum. Cap̄.17.

APoſtematum quidem alia ſunt que febres faciunt. Et hoc aut propter eoꝛuȝ magnitudinem: aut propter nobilitatem membri in quo ſunt. Et pulſum in toto corpore mutant ſm mutationem febris propriam: ⁊ nos ipſam dicemus in loco ſuo. Et alia ſunt que febres non faciunt ⁊ mutant pulſum membri in quo ſunt proprium per eſſentiam. Et eſt etiam cum reliqui corporis pulſum mutant per accidens ſcilicet non propter q̄ eſt apoſtema: ſed propter q̄ dolorem efficit.

¶ Apoſtema autem quod pulſum mutat: aut ipſum mutat per ſpeciem ſui: aut per ſui tempus: aut per quantitatem ſuam: aut per membrum in quo eſt: aut per accidens quod ſequitur ipſum ⁊ comitatur. ¶ Quod vero per ſui ſpeciem mutat: eſt ſicut apoſtema calidum ex quo per ſuam ſpeciem prouenit vt mutetur pulſus ad ſerrinum et ad tremorem et horripilationem et velocitatem et ſpiſſitudinem niſi ei contraria ſit cauſa humectans que pro-

prietatem ferrini deſtruat: ⁊ vice ipſius vndoſitatē ſupplere faciat verumtamen tremor ⁊ velocitas ⁊ horripilatio ⁊ ſpiſſitudo ipſum ſemper comitat. Et quēadmodū cauſaꝝ quedā ſunt que ferrini ꝓprietatē prohibēt: ſimiliter ſunt qdā eaꝝ q̄ ferrini ꝓprietatē augmentāt: ⁊ ipſam apparere faciūt. Et molle quidē apoſtema pulſuꝫ facit vndoſum. Et ſi fuerit valde frigidū: ipm̄ efficiet tardū ⁊ rarū Durū vero apoſtema proprietatē ferrini augmētat. In exitura aūt cū fit collectio: ipa pulſū ꝯuertit ꝺ ꝓprietate ferrini ad vndoſi ꝓprietatem ꝓpter humiditatē ⁊ lenitatē que ipſam ſequunt ⁊ prebet augmentū in diuerſitate ꝓpter ſuā grauitatē: velocitas autem ⁊ ſpiſſitudo alleuiat ꝓpter caloris accītalis quietem cauſa maturatiōis. ¶ Mutatio vero ipſius cauſa ſuoꝝ tempoꝝ eſt. Qm̄ dum calidū apoſtema exiſtit in augmento: ꝓprietas ferrini ⁊ quecūq̧ diximus ſunt ſicut in augmēto: ⁊ eius duricies ſemper augmētat ꝓpter extenſionē que auget: ⁊ in tremore propter dolorē. Cūq̧ ad ſtatū peruenerit oīa augmētant accidentia preter illud qd̄ fortitudinē ſequitur. Ipſum nāq̧ debilitat in pulſu: ⁊ in ſpiſſitudine ⁊ velocitate augmentū prebet: deinde ſi prolongabit velocitas deſtruet ⁊ redeundo fiet formicans. Cū aūt minuet ⁊ reſoluet aut aperiet fiet pulſus fortis propterea ꝙ virtus exonerabitur a pōdere: ⁊ ceſſabit ipſi' tremor propterea ꝙ dolor extenſiu' minuetur. ¶ Scdm̄ ꝗtitatem vero ſui. Quoniā magnū facit vt ſint iſte diſpoſitiones maiores ⁊ magis augmentate. Et paruū vt ſint rariores ⁊ paruiores. ¶ Et ſm̄ membrum. Quoniā ex mēbris neruoſis prouenit augmētū in duritie pulſus ⁊ in proprietate quā habet ferrinus ipſius. Et ex venenoſis q̄dem ꝓuenit augmētū in magnitudine ſua ⁊ vehemētia ⁊ diuerſitas multa ⁊ precipue ſi q̄ in eis ſuperate fuerint arterie ſicut in ſplene ⁊ pulmone: ⁊ nō durabit huiuſmodi magnitudo niſi ꝗtū perſeuerauerit fortitudo ⁊ membra humefacta ⁊ lenia ipſum faciunt vndoſum ſicut cerebrum ⁊ pulmo.

¶ Mutatio qua apoſtema mutat pulſum aliquo mediāte eſt. Sicut apoſtematis pulmonis qd̄ facit pulſum tremulū. Et ſicut apoſtematis epatis quod facit ipſum mictualem. Et ſicut apoſtematis rhenis quod facit ipſum ſtrangurialem. Et apoſtema membri fortis ſenſus ſicut ſtomachi ⁊ dyafragmatis facit ipſum ſpaſum ⁊ ſincopizantem.

De iudicijs pulſus accidentium anime. Caput. 18.

IRa quidem propterea ꝙ virtutē feruere facit ⁊ ſpiritū ſubito dilatat pulſum facit magnū ad ſuperiora ſe eleuātem velocem ⁊ ſpiſſum. In quo nō oportet diuerſitatem cadere: quoniam paſſio exiſtit ſimilis: niſi timor ei admiſceatur qui vna vice ſuperet ⁊ hoc alia ſuperet vice. Et ſimiliter ſi verecundia ei admiſceat: aut contrarietas ab intellectu qui tacere precipiat ⁊ ne feruẽat ad malum inferendū illi cui iraſcatur.

¶ Et ex delitijs quidem propterea quod ad exteriora paulatim mouent nõ peruenit ad illud quod peruenit ex ira in velocitate ⁊ ſpiſſitudine. Immo ẽ cũ eius magnitudo ſufficit neceſſitate: ⁊ eſt tardus ⁊ rarus.

¶ Et ſimiliter pulſus leticie: quã ipſe ſit magnus ſecundum plurimũ cũ lenitate ⁊ attinet tarditati ⁊ raritati.

¶ In triſtitia vero propterea quod calor ſuffocatur ⁊ ſubmergitur ⁊ fortitudo ⁊ virtus debilitatur oportet vt ſit pulſus paruus ⁊ debilis rarus ⁊ tardus.

¶ Timor vero qui ſubito venit pulſum facit velocẽ ⁊ diuerſum ⁊ inordinatũ. Sed cõſuetus ⁊ qui ordinate peruenit: mutat pulſum ſecundum modũ mutationis ſollicitudinis.

¶ De ſumma mutationis rerum contrariarũ nature exẽntie pulſus. Ca. 19.

AB eis fit mutatio. Aut propter hoc quod accidit de eis ex malitia cõplexionis: ⁊ tu quidẽ iam ſciuiſti pulſum cuiuſque complexionis Aut propterea quod virtutẽ cõſtringũt ⁊ pulſum faciũt diuerſum: ⁊ ſi cõſtrictio valde fuerit fortis erit ſine ordine ⁊ abſque pondere: ⁊ cõſtrictionẽ quidẽ faciẽs ẽ omnis materialis multitudo ſiue ſit apoſtema: ſiue non ſit apoſtema. Aut propterea quod virtutẽ diſſoluit ⁊ facit pulſum debilẽ: ⁊. omnia hec ſunt ſicut dolor fortis ⁊ egritudines animales que ſunt fortis reſolutionis.

¶ Summa ſecunda. Doctrine tertie. Fen ſecũde de vrina ⁊ egeſtiõe reſt cõtinẽs. 13. capitula.

¶ Eſt ſermo vniuerſalis de vrina. Capi. 1.

DIe ſignificationibus diſpoſitionũ vrine nõ oportet credere niſi poſtque conditiones obſeruate fuerint.

¶ Oportet etenim vt vrina que cõſideret ſit prima vrina que in mane colligitur. Et non permaneat longo tempore. Et nõ ſit ex nocte reſeruata.

¶ Neque ſit ille cuius eſt quod aquã nõ bibit ⁊ cibũ non comedit.

¶ Et non ſit qui in cibo aut potu rem tingẽtem accepit: ſicut crocũ ⁊ caſſiam fiſtulam: quoniam vrinã tingendo ad citrinitatẽ ⁊ rubedinem mutat: ⁊ ſicut olera que tingendo mutãt ad viriditatem: et almuri quod ad nigredinem: ⁊ vinum quod mutat vrinam ſecũdum ſuum colorem. Neque ſit qui exteriora ſui re tingente infecerit ſicut alcanna: quoniã cum ex ea aliquis tingitur: fortaſſe eius vrina ex ea inficitur. Neque ſit qui rem que cum vrina aliquem humorem expellit: aſſumpſit: ſicut quod colerã aut flegma expellit. Neque ſe exercuit motibus corporeis aut operationibus: aut diſpoſitionibus que ſunt extra curſum nature que vrine colorem mutant ſicut ieiuniũ aut vigilie aut labor aut ira aut timor. Omnia enim hec vrinam tingunt ſecũdũ citrinitatem aut rubedinẽ. Et coitus vrinam valde impinguat Et ſicut vomitus et euacuatio quoniam hec colorẽ mutãt ⁊ ſubſtantiam que in vrina eſſe debet.

¶ Similiter cũ ipſa multis permãſerit horis. Quapropter dixerũt

q̄dā ꝙ poſt ſex horas iſpiciēda nō eſt: qm̄ ipi⁹ ſignificatio debilitat̃ ꝛ color mutat̃: ꝛ hypoſtaſis diſſoluit aut mutat̃: ꝛ fit ſpiſſior: q̄uis ego dicā ꝙ nec poſt horam vnam.

¶Urina preterea tota itegre colligēda eſt in vrinali magno: ne ex ea aliquid effundatur.

¶Et eius quidem diſpoſitio illico cum mingitur non eſt conſiderā da neqꝫ niſi poſtq̄ꝫ in vrinali reſidet.

¶Et obſeruandum eſt ne ſol eam tangat: neqꝫ ventus ne perturbe tur ꝛ ne congeletur donec hypoſtaſis ſeparetur ꝛ ſeparatio com pleatur. non enim deſcendit illico cum mingitur: neqꝫ i vltimo fine maturationis. Et non colligatur in vrinali in quo alia fuerit niſi prius fuerit ablutum.

¶Amplius vrine puerorū ſignificatio eſt parua: ꝛ precipue infan tium: ꝑpterea ꝙ lacte nutriuntur: ꝛ ꝙ materia tingēs i eiſē q̄ſcēs ꝛ ſubmerſa in eoꝝ quoqꝫ natura exiſtit ex debilitate ꝛ multa dormi tione quod maturitatis ſignificationem pernecat.

¶Et inſtrumentum quidē colligendi vrinam eſt corpus peruium ſubſtantiam habens nitidum ſicut vitrum clarum vt chriſtallus.

¶Scias autem ꝙ vrina quāto pl⁹ eam tibi approximas tanto ſpiſ ſitudo augmentatur: ꝛ quāto plus elōgas eam a te augmentatur in ea claritas: et ꝑpter hoc differt ab oibus falſitatib⁹ q̄ ſunt in ea quibus medici expliūt cū eis oſtenduntur.

¶Cū vrina in vrinali colligit̃: cuſtodienda eſt a mutatione frigo ris ꝛ ſolis ꝛ venti.

¶Et oportet vt in lumine aſpiciatur ita ꝙ ſuper eam nō cadat ra di⁹ imo ab ipſo tegat̃: ꝛ ſic i ea iudicet̃ de accidētib⁹ q̄ i ipſa apparēt

¶Scito etiā ꝙ prima ſignificatio quā vrina hʒ eſt de diſpoſitione epatis et vrinarum aquoſitatis et ſuper diſpoſitiones venaꝝ: ꝛ eis mediātib⁹ alias demōſtrat egritudines. Firmior tn̄ ei⁹ ſignificatio ē illa q̄ de epate exiſtit ꝛ proprie de diſpoſitione gibboſitas ipſius.

¶Amplius ſignificationes que ex vrinis habētur ex ſeptē ſunt ac cepte generibus. Genere coloris. Et genere ſubſtātie. Et genere cla ritatis ꝛ turbulentie. Et genere hypoſtaſis. Et genere q̄titatis in paucitate et multitudine. Et genere odoris. Et genere ſpume. Sūt vero q̄dā qui inter hec genera ponūt genus tactus ꝛ gen⁹ ſaporis.

¶Cūqꝫ dicimus gen⁹ coloris intelligimus illud qd̄ viſus in ea ſen tit ex coloribus. ſ. albedinem aut nigredinē aut qui iter eas exiſtūt.

¶Et cum ſubſtantie genus dicimus intelligim⁹ diſpōnem ipſius in groſſitudine aut tenuitate. ¶Et cum dicimus genus claritatis ꝛ turbulentie: intelligimus ꝙ penetratio viſus in ea eſt facilis: aut non eſt. ¶Inter hoc autē gen⁹ et genus ſubſtantie exiſtit differen tia: qm̄ plerumqꝫ eſt ſubſtātia groſſa ꝛ clara ſicut albumen oui ꝛ glu tem piſcium liquatum et vitrum liquatum ꝛ oleū. Et plerumqꝫ eſt 1 es ſubtilis ſubſtātie turbida: ſicut aqua turbida q̄ ē magis tenuis

ꝙ albumen oui. ¶ Turbulẽtie aũt cauſa eſt ꝑmixtio ꝑtiũ colores hñ tiũ extraneos fuſcos aut alijs coloꝛib' infectos q ab aſpiciẽte ſenſu nõ ſunt ꝑcepti ꝛ ꝓhibẽt paruitatẽ ꝛ nõ ꝑ ſe ꝑcipiunt. ¶ Inter eã ꝟo ꝛ hypoſtaſim exiſtit differẽtia: qꝛ viſus plerũqꝫ cognoſcit hypoſtaſim. ¶ Et inter ipam ꝛ coloꝛẽ exiſtit differẽtia: qꝛ coloꝛ ꝑ totã hũoris ſubſtãtiã ꝓcedit cum maioꝛi permixtione.

¶ De ſignificationib' coloꝛis vꝛine. Ca. 2.

Ex coloꝛibus vꝛine ſunt gradus citrinitatis. Sicut palearis. Deinde citrin'. Poſt flauus. Deinde ruffus. Poſtea citrãgularis. Poſtea igneus qui tincture croci aſſimilat: ꝛ ipſe quidez eſt vehementer citrin'. Poſtea croceus q ſimilatur capillis zabafarani: ꝛ iſte qdẽ eſt quẽ vocãt rubeũ clarũ. ¶ Oẽs aũt qui ſunt poſt citrinũ caliditatẽ ſignificãt: ſꝫ tñ ſm ſuos diuerſificant gradus. Et eſt qdẽ cũ accidũt ꝓpter vehemẽtiam motus ꝛ ꝓpter doloꝛes: ꝛ ꝓpter famẽ ꝛ ꝓpter aq abſtinẽtiã. ¶ Poſt iſtos vero grad' ꝑdictos exiſtunt gradus rubedinis. Sicut rubeus roſeus. Et rube' obſcurus. Et rube' puluerulent'. Et oẽs quidẽ ſanguinis dominiũ ſignificãt. ¶ Et in oibus in quib' eſt coloꝛ zabafarano attinens eſt ſignificatio dominij colere rubee. ¶ Et in oib' q puluerulẽto attinent: eſt ſignificatio dominij ſanguinis. ¶ Et igne' qdẽ magis ſignificat caloꝛẽ ꝙ rube' ꝛ puluerulẽt' ſic ut coléra in ſe calidioꝛ eſt ꝙ ſanguis. Et coloꝛ qdez vꝛine egritudinibus acutis incendentibus trahit ad coloꝛem zabafarani ꝛ igneitatẽ. Qꝺ ſi ibi fuerit tenuitas: aliquã maturationis ſignificat diſpoſitionẽ ꝛ ꝙ iam incipit ꝛ non appareat in ſubſtantia. Si aũt citrinitas foꝛtioꝛ fiat ꝛ vſqꝫ ad igneitatis ꝑueniat' terminuz ꝛ ad finem in ea ſignificat ꝙ caloꝛ inceſſanter pꝛoceſſit: ꝛ iſte qdẽ eſt finis citrinitatis. Qꝺ ſi in ipſo claritas augmẽtetur: caloꝛ iam ſm diminutionem incedit. ¶ Et eſt pꝛeterea cuz in egritudinibus acutis ſanguineis vꝛina ſicut ipſe ſanguis mingitur apertione vene ibi exiſtẽte. Et ſignificat repletionem ſuperfluam: que ſi paulatim mingendo emittitur ꝛ eſt cum odoꝛe malo: eſt ſignificatio timoꝛis: ꝛ timetur ex ea ne ſanguis ad loca ſuffocantia fuſus deriuetur. Et peioꝛ quidem ea eſt cum eſt ſubtilis in coloꝛe ſui ꝛ diſpoſitione. Cum autem ex ea multum mingitur: eſt cum eſt ſignificatio bona in febꝛibus acutis ꝛ commixtis quoniam cum eſt ſignificatio criſis ꝛ ſanitatis niſi in pꝛincipio ſubito attenuetur anteqꝫ ſit hoꝛa criſis quoniam tunc erit recidiuationis ſignificatio. Et ſimiliter ſi tenuitas poſt criſim oꝛdinata non fuerit. ¶ In ictericia ꝟo cũ vꝛina ádeo fuerit maioꝛis rubedinis donec ad nigredinem trahat ꝛ pãnũ taliter tingat ne remoueri poſſit. Et ꝙto plus fuerit: erit ſanius: qꝛ cũ vꝛina in ipſa fuerit alba aut rubea pauce rubedinis ictericia in ſua diſpoſitione manente timetur ex ea hydropiſis. ¶ Fames quoqꝫ eſt ex eis que vꝛinam vehementer tingunt et ipſam valde acuunt.

¶ Poſt vero ſunt gradus viriditatis. Sicut vꝛina cuius coloꝛ co

lori fiſticoꝝ attinet: deinde cuius color eſt ſimilis colori eruginis eris. Poſtea illa cuius eſt color ſimilis colori ireos: deinde cuius color ſi- milaṫ indico. Poſtea que ſimilis eſt ſucco porri. ¶ Fiſticalis vero ſi- gnificat frigiditatē. Et ſimiliter oēs in q̈b⁹ exiſtit frigiditas ꝓpter eā q̄ erugini eris aut ſucco porri ſimilaṫ: hec nāq; vehemēs ſignificat incēdiū. Verūtamē ſucco porri ſimilis ſanior eſt ea que erugini eris ſimilatur. ¶ Et illa q̈dē q̄ erugini eris ſimilaṫ poſt laborē ſignifi- cat ſpaſmū. ¶ Viridis vero in pueris ſpaſmū ſignificat. ¶ Que vero colorem ireos hꝫ frigiditatē vehemētē ſm plurimū ſignificat ⁊ ante ipſam ꝓcedit vrina viridis. Et quidam dixerūt ꝙ ſignificat venenū in potu fuiſſe hauſtū. Et ſi fuerit in ea hypoſtaſis ſpes erit vite. Et ſi non: timeṫ ei. Erugini vero eris ſimilis vehementem ſignificat per ditionē. ¶ Graduū aūt coloris nigri: alius eſt niger q̄ ad nigredinē tendit ſm viam coloris croci: ſicut eſt in icteritia: ⁊ ſignificat colere rubee ſpiſſitudinem: ⁊ eius aduſtionem: ⁊ coleram nigrā q̄ accidit ex colera rubea: ⁊ ſignificat ictericiā. Et ali⁹ eſt qui ex fuſco ꝓuenit ad nigredinem: ⁊ ſignificat coleram nigram. Et alius niger qui pro- uenit ex viriditate ⁊ colore indico ſimuli: ⁊ ſignificat coleram nigram puram. ¶ Et ad ſummum quidem vrina nigra ſignificat aut vehe mens incendium: aut forte frig⁹: aut mortem: aut caloris naturalis ſuperationem: aut criſim ⁊ expulſionem nature qua ipſa colere ni- gre expellit ſuperfluitates. Quod autem ex incendio eſt cognoſciṫ: q̄ñ illic eſt fortis ardor: ⁊ ante ipſaꝫ fuit vrina citrina vel rubea ⁊ hyp poſtaſis eſt diuulſa ⁊ inequalis ⁊ incontinua: ⁊ nō eſt vehementis ni gredinis: immo trahit ad colorē croci ⁊ citrinitatem: aut ad fuſci- tatē. Et ſi ad citrinitatē trahit: ſignificat multam icteritiā. Verūta mē q̄ð ex frigiditate fit: cognoſciṫ vt ante ipſum habeaṫ vrina q̄ ad viriditatē trahit aut ad liuiditatem: ⁊ eſt ſedimen paucū iunctū ac ſi eſſet ſiccū ⁊ nigredo in ipſa eſt purior. ¶ Et eſt etiaꝫ cū inter duas cōplexiōes differētia notaṫ. Q̄ñ q̄ñ cū vrina nigra fortis odor fuerit ſignificabit caliditatem. Et cū fuerit cū ea odoris priuatio aut for titudinis ei⁹ debilitas ſignificabit frigiditatē. Cū eñ natura valde fuerit ſuperata: odor non erit in vrina. Illð aūt q̄ð ex caſu caloris ac cidit innati cognoſcitur: propterea ꝙ ipſum ſequiṫ fortitudinis ca- ſus ⁊ ei⁹ diſlocatio. Et illud q̈dem q̄ð accidit ſecūdū modū purgatio nis ⁊ criſis cognoſcitur ſicut quod accidit in fine quartanarū: ⁊ cū ſplenis egritudines reſoluuntur: ⁊ dolores dorſi ⁊ matricis: ⁊ febres melancolice: ⁊ nocumenta que ex menſtruorum accidunt retentione ⁊ retentio eius quod ex ſanguine fluere ſolebat per anū ⁊ ꝓcipue cū na tura ⁊ ars in ꝓuocādo menſtrua iuuant: ⁊ ſicut accidit mulieribus quarum menſtrua retinentur. Et non retinet natura ſanguinis ſu perfluitatem: propterea ꝙ ante ipſam preceſſit vrina indigeſta aq̈- ſa et propterea ꝙ poſt ipſam adiuuet corpori alleuiatio: ⁊ erit ip- ſius quantitas maxima copioſa. Q̄ð ſi non ita vrina fuerit nigra:

ſignum erit malum: ⁊ precipue in acutis egritudinibus: et quanto
plus ſi eius quantitas fuerit pauca quoniam ex ſua paucitate eſt
ſciendum ꝙ humorem iam deſtruxit aduſtio. Et quanto magis fue
rit groſſa erit deterius. Et quanto magis fuerit tenuis: erit mino-
ris malicie. Et eſt q̇dē cū accidit. vt vrina nigra aut rubea obſcura
mingat: propter vini potionem quod huius habet colorem cū nullo
modo natura aliquid in eo operata fuerit ⁊ exierit ſm̄ ſuam diſpo-
ſitionem: ſed in hoc non eſt timor. Et eſt cū bone criſis ſignificatio
exiſtit ⁊ in acutis egritudinibus: ſicut ſi eger eam tenuem minxerit:
⁊ fuerit in ea ſuſpenſio in partibꝫ diuerſis. multotiēs eſt ſignificat
ſonitū capitis ⁊ vigilias ⁊ ſurditatem ⁊ deſipientiā. Et ꝓcipue ſi pau
latim eā minxerit ⁊ in longo tp̄e fuerit ſuſpenſa ⁊ fuerit eiꝰ odor acu
tus ⁊ fuerit cū febribꝰ: q̄n tūc vehemētē ſignificabit capitis ſonitū ⁊
deſipientiam. Sꝫ q̄n affuerit ibi inſōnietas ⁊ ſurditas ⁊ deſipientia
⁊ ſonitꝰ capitis ſignificabit ſanguinis fluxū ex naribꝰ. Et eſt etiam
cū exiſtit cauſa lapidis in rhene. ¶ Ruffus inquit. Urina nigra bo-
na eſt in egritudinibus lapidis q̄ ex humoribꝰ ꝑueniūt groſſis. Et
eſt ſignificatio mortalis in egritudinibꝰ acutis. Dixit etiā ꝙ vrina
nigra eſt mala in egritudinibus rhenum ⁊ veſice cum vehemens
ardor ibi adeſt. Conſidera ergo alia ſigna. ¶ Urina nigra in ſenibꝰ.
non eſt bona ꝓpter illud qđ ſcis. Nec ꝙ venit in eis niſi ex corruptiōe
mala. Et ſimiliter in mulieribus vrina nigra poſt laborē ſignificat
ſpaſmū. ¶ Ad ſummum vero vrina nigra in ꝓncipio febrium eſt per
nicioſa. Et ſimiliter in earum fine quando nō cum ea fuerit alleuia
tio: neqꝫ ſignificauerit criſiꝫ. ¶ Urina aūt alba ſm̄ duas intentiōes
eſt ſcienda. Una earꝫ eſt cum ipſa eſt tenuis tranſlucens q̄n vulgꝰ qđ
trāſlucens eſt album vocat ſicut eſt vitrum qđ eſt clarū: ⁊ criſtallū cla
raꝫ vocat albā. Et altera eſt que pro certo eſt alba cuius color eſt diſ
gregatiuus viſus ſicut lac: ⁊ pergamenum: ⁊ iſta quidem non trāſ-
lucent vt viſus in ipſa penetret: tranſlucentia enim pro certo non
eſt niſi omnium colorum priuatio. ¶ Album igitur ſecundum in
tentionem tranſlucentis ſignificat frigiditatem omnino: et eſt
auferens digeſtionis fiduciam. Et ſi cum groſſitudine fuerit
ſignificabit flegma. ¶ Sed alba pro certo non erit cum groſ-
ſitudine. Et eius quidem alia eſt cuius albedo eſt muſcillagino
ſa ⁊ ſigāt multitudinē flegmatis ⁊ hūoris crudi. Et alia eſt cuiꝰ albe
do eſt vnctuoſa: ⁊ ſignificat adipis liquefactionē. Et alia eſt cuiꝰ al
bedo eſt ſimilis albule: ⁊ ſignificat flegmatis liquefactionem que ac
cidit aut accidet. Et alia eſt cuius albedo eſt ſimilis albedini
que eſt in fungo cum tenuitate et ſanie ⁊ ſignificat exituras vlce-
roſas in inſtrumentis vrine. Et ſi abſqꝫ ſanie fuerit: erit propter
ſuperationem materie multe crude non mature. Et eſt cum eſt
cum lapide veſice. Et eſt alia que ſpermati ſimilatur: que cum fleg
maticorum apoſtematum adeſt criſis ⁊ laxitas interiorum egritu-

dinum que ex flegmate acciduntvitreo. Cumverovrina ſpermatis ſimilis extitit: ꝛ non eſt ſm modū criſis eſt ꝑpter apata flegmatica. Immo cum in primis ꝑuenit: pronoſticabit apoplexiam aut parali ſim. ¶ Et cū in omnib⁹ boris febris alba ſuperueneritvrina cito in quartanam conuertetur. Et plumbina quidem ſine hypoſtaſi eſt valde mala. Et lactea etiam in acutis egritudinibus eſt pernicioſa ¶ Albedo preterea vrine in febrib⁹ acutisquocūqꝫ modo fuerit poſt tincturam que preceſſit: ſignificat ꝙ colera rubea ad aliquod mem brum declinauit qđ apatur aut ad fluxum ventris: ꝛꝙ magis ſigni ficat ꝙ declinauit ad caput. ¶ Et ſimiliter cumvrina rubea eſt in fe bribus: deinde ſubito fit alba ſignificat deſipientiam. ¶ Et cūvrina in ſanitate pſeuerauerit in colore albo ſignificat priuationem di ge ſtionis. Et albule ſimilisque lacti ſimilatur acetoſo in febribus a cu tis mortem ſignificabit aut ptiſim. ¶ Scito autēʒ ꝙ poſſibile eſt vt vrina ſitalba ꝛ complexio calida ꝛ colerica: autvrina rubea ꝛ comple xio frigida flegmatica. Colera eñ rubea cū declinat a via vrine ꝛ nō admiſcef vrine remanetvrina alba. Debes ergo vrinam albam con ſiderare. Quoniam ſi fuerit huius humor multus ꝛ luminoſus: ꝛ ip ſius ſedimen multum ꝛ groſſum: ꝛ eius ſubſtātia cum hoc trahit ad groſſitudineʒ: debes ſcire ꝙ albedo eſt ex frigiditate flegmatis. Sʒ cumvrina non fuerit luminoſa clara: neqꝫ eius ſedimen multū: neqꝫ peruia: ꝛ albedo ad fuſcitatem traxerit: ſcire debes ꝙ colera rubea eſt occultata. Et ſi i egritudine acuta fuerit i ea ſignificatiōes ſalt⁹ ex qb⁹ nō tiet phrenēſis: ꝛq̄ ſūt ſicut ipʒ: debesſcire ꝙ cholera rubea declinauit ad alium cannalem: ꝛ ad inteſtina: ꝛ accidet ei cōſtrictio ¶ Cauſavero ob quamvrina exiſtit rubea in egritudinibus frigi dis eſtvna harum rerum. Aut fortitudo doloris qui coleram rubeā reſoluit ſicut in colica accidit frigida. Aut opilatio q̄ facta fuit ex ſeparatione flegmatis in cannali quieſt inter felx inteſtina quapro pter fel ad inteſtina naturaliter non deſcendit ſicut ſolebat. immo vrine ſocietas eſt ei neceſſaria cum qua egrediatur quemadmoduʒ accidit in colica frigida. Aut propter debilitatem epatis ꝛ ſuevirtu tis defectum que inter aquoſitatem ꝛ ſanguinem ſeparationem fa cere nonvalet: ſicut aceidit in hydropiſi frigida ꝛ in egritudinibus debilitatis epatis ſecundum plurimum: quoniam propter eas vri na eſt ſimilis loture carnis recentis. Aut propter conſtrictionē quā opilationes fecerunt: ꝛ mutatur color flegmatis in venis propter aliquam putrefactionem que ei accidit. Et eius quidem ſignum eſt aquoſitas vrine ꝛ eius ſedimen ſecundum modum quem diximus. Et eius tinctura eſt tinctura debilis non luminoſa. Colere enim ru bee tinctura eſtluminoſa. ¶ Urina quoqꝫ multotiens in princi pio egritudinum erit alba: ſed poſtea fiet nigra ꝛ fetebit: ſicut ac cidit in ictericia. ¶ Amplius vrina poſt comeſtionem albeſcit: neqꝫ ſic ceſſat donec digeſtio fieri incipiat: tunc enim incipit vrina

tingi. Et propter hoc vrine vigilantium ſunt albe et adiuuat ad hoc coloris innati reſolutio. Sed non luminoſe immo attinent fuſcitati propter priuationem digeſtionis. ¶ Tinctura rubea i egritudinibus acutis melior eſt quã aquoſa. Sed rubea que ẽ ſanguinea maioris eſt ſecuritatis quam rubea colerica. Rubea quoq; colerica non tanti eſt timoris cũ colerica quieta manet. Sed ſi extet mobilis magni eſt timoris. ¶ Amplius vrina rubea in egritudinibus renum eſt mala: qm̃ ſecundũ plurimum calidum ſignificat apoſtema. Et in doloribus capitis deſipientiam portendit. ¶ Cumq; vrina in egritudinib⁹ acutis rubere ceperit ⁊ ſic permanſerit ⁊ non inferius deſcenſum fecerit: perditionis egri timorem affert: ⁊ renũ apoſtema ſignificabit. ¶ Quod ſi cum rubedine fuerit turbida: et aliter permanſerit: apoſtema in epate ⁊ caloris innati ſignificabit debilitatem.

¶ Amplius colorũ vrine ſunt quidã cõpoſiti Ex quibus eſt color q̃ carnis recentis loture aſſimilat: q̃ etiã ſanguini i aqua diſſoluto ſimilis exiſtit. Et eſt ex debilitate apoſtematis. Et q̃nq; ẽt ex multitudine ſanguinis. Veruntamen ſepius exiſtit ex debilitate epatis ex quacũq; complexione ſuperuenerit malitia vincente quam digerẽdi malitia vel debilitas demonſtrabit ⁊ virtutis diſſolutio. Qđ ſi virtus fortis fuerit: tunc non erit niſi ex ſanguinis multitudine ⁊ eius augmento vltra menſuram quã virtus diſgregatiua penitus ſeparare non ſufficit. Et ex eis eſt etiam color oleaginus: ⁊ eſt citrinitas cui admixta eſt ſiclinitas. Et color olei ſimilatur propter viſcoſitatem que eſt in ipſo: ⁊ tranſlucentiam cũ nitore adipino ⁊ cũ ſplendore ſubſtantie ad quãdã ſpiſſitudinem trahit. Et in plurib⁹ diſpoſitõibus ſignificat malum: aut non ſignificat bonum: neq; maturationem: neq; meliorationem. Sed fortaſſe raro materierum vnctuoſarum euacuationem ſecundum modum criſis ſignificat.

¶ Et hoc quidem non eſt niſi cum poſt ipſaʒ aduenit requies. Quẽ vero ex ea ẽ pernitioſa eſt illa cuius vnctuoſitas eſt fetida: ⁊ proprie illa ex qua parua mingitur quantitas. Cum vero ei aliquid miſcetur quod eſt ſimile loture carnis recentis eſt deterior. Et hoc quidẽ plus contingit in hydropiſi ⁊ ptiſi ⁊ colica mala. Et eſt cum oleagina poſt nigram ſequitur vrinam que preceſſit: ⁊ tunc quidem eſt ſignificatio bona. Maius autem quod vrina ſignificat oleagina eſt ꝙ in die quarta indicet egrum in die ſeptima moriturũ in egritudinibus videlicet acutis. Ad ſummum vero oleagine vrine tres ſunt ſpecies. Alia enim enim ex ea eſt que tota eſt adeps. Et alia eſt cui⁹ inferius eſt tantum adeps. Et alia ẽ cui⁹ ſuperi⁹ eſt adeps. Ex ea ẽt ẽ q̃ in ſuo colore tantum eſt oleagina ſicut ẽ i ptiſi ⁊ ꝓprie i ſui ꝑncipio: aut i ſui ſubſtãtia tm̃: aut in eis vtriuſq;: quemadmodum eſt in egritudinib⁹ renũ: ⁊ i ꝑfectione ptiſis ⁊ ei⁹ fine. ¶ Et ex eis eſt etiam

carminiusqui malus eſt ꝛ pniti oſus quoniam vtriuſq colere ſigni
ficat aduſtionē. ¶ Et qñq; eſt color rube⁹ i quo currit nigredo. Et ſi
gnificat febres cōpoſitas: ꝛ febres que ex groſſis ſunt ſupfluitatib⁹
¶ Qui ſi clarior fuerit ꝛ nigredo ad ipſius ſummitatem declinaue
rit: apoſtema ſignificabit lateris.

¶ De ſignificationibus ſubſtãtie vrine in quantitate ipſius ꝛ in cla
ritate ſui aut turbulentia. Capitulum. 3.

Subſtantia vrine eſt: aut tenuis: aut groſſa: aut mediocris.
¶ Valde vero tenuis in omnibus diſpoſitionibus maturatio
nis ſignificat priuationem aut in venis opilationes: aut epatis de
bilitatem: ꝛ cãnalium vrine qui non attrahunt niſi qḋ tenue eſt: aut
attrahunt ſed extra non eijciunt niſi qḋ natura ſubtile exiſtit; aut
multam aque potationem: aut vehementis frigiditatis cōplexio
nem cum ſiccitate. ¶ Et in acutis quidem egritudinibus ſignificat
virtutis digeſtiue debilitatē ꝛ maturationis priuationem. ¶ Et eſt
etiã cũ reliquarũ virtutũ tãtã ſignificat debilitatem vt nullo mō in
aqua operentur immo quẽadmodũ ingredit ita labit. ¶ Et vrina
quidem tenuis valde ſ3 hunc modũ deterior eſt in pueriſq in iuue
nibus: quoniam naturalis puerorum vrina ſpiſſior eſt vrina iuuenũ
iō φ ſunt humidiores: ꝛ φ eorũ corpora plus attrahũt hũiditates
propterea φ materia ſupfluẽs eſt eis neceſſaria cã augmẽti. Si er
go eoꝝ vrine in febrib⁹ acutis multũ fiãt tenues: iã valde elongati
erũt a ſua naturali diſpoſitiōe Et ſi hec in eis pſeuerauerit: nō ſigni
ficabit niſi perditionē: qm̄ cũ perdurat ſignificat pditionē: niſi bo
na ſint adiuncta ſigna: ꝛ virtutis ſtabilitas: tũc eñ exituram ſigni
ficat que accidit ꝛ pprie i ferit⁹ ſub pte cpis. Et ſilr ſi hoc in ſanis per
manſerit ꝛ ſe nō cõuerterit ab eis ſignificabit apoſtema qḋ accidet
illic vbi dolorē ſentiũt. Et ſecundum plurimum accidet eis vt cum
hoc in alchatin ꝛ in renibus dolorem ſentiant. Et ſignificat apti
tudinem ad apoſtema. Quod ſi dolor et grauitas vni mēbro pprio
non fuerit: immo ſunt communes ſignificabit bothor ꝛ variolas ꝛ
apata que corpori erũt cõia. ¶ Tenuitas quoq vrine in criſi ſine or
dine recidiuationē pnoſticat. ¶ Urina aũt multũ ſpiſſa ſm pluri
mũ ſignificat maturatiōis puationē. Et ſm minus humorum groſ
ſe ſubſtãtie maturationē. Erit ergo in ſtatu humoroſarum febriũ
ꝛ in apertione apoſtematũ. Et plurimum quidem quod in acutis ſi
gnificat egritudinib⁹ eſt malum. Veruntamen tenuitatis durabili
tas plus ſignificat malum. Spiſſitudo nãq quãdam ſignificat di
geſtionem: que quidem ſubſtantie cōfert in eo φ digeſtionem ſigni
ficat ꝛ φ virt⁹ expellẽdi habet potentiam eſt id in quo fiducia ha
betur. Et inquãtũ matrici ſignificat corruptionem ꝛ ei⁹ multitudi
nem ꝛ maturationis phibitionē ſeparantis ad fundum deſcendē
tis ſignificat malũ. Quid aũt ſit illud quod inter duas res ſuperã
tius eſt: cognoſcitur ex eo quod poſtea aduenit ex requle; aut ſuccei

dit ex debilitatis augmento. ¶ Et vrinaꝝ q̄dē ſpiſſarum in febrib⁹ ſanior exiſtit illa de qua multū ſubito euacuaꝛ. Illa vero q̄ paulatī euacuaꝛ multoꝝ humoꝝ eſt ſignificatiua ⁊ debilitatis virtutis. Et poſt illam quidē que vtilitatē affert: ſequiꝛ mediocris vrina ſimul cum requie. ¶ Cū aūt tenuis vrina in acutis egritudinib⁹ ad ſpiſſitudinē cōuertiꝛ poſtq̄ nō aduenit redes ſignificat liq̄factionem. ¶ Cūq in ſano vrina pſeuerauerit ſpiſſa ⁊ in parte capitis dolorē ſenſerit ⁊ quaſſatione indicabit ei febrem. ¶ Eſt tū cum hoc eſt ex ſupflua expulſione: aut apertiōe: aut vlcerib⁹ in ptib⁹ viarū vrine. Non aūt ſubtilitas ⁊ ſpiſſitudo vtrecq maturationis ſignificāt priuationē: niſi qr maturatiōez ſubſtātie comitaꝛ mediocritas. Spiſſe ḡ maturatio ē vt digerēdo ad tenuitatē muteꝛ. Et tenuis maturatio ē vt coquēdo muteꝛ ad ſpiſſitudinē. Ampli⁹ vrina ſpiſſa quēadmodū pri⁹ diximꝰ qn̄q ē clara trāſlucēs: quandoq eſt turbida. Verūtn̄ īter ſpiſſaz trāſlucētē ⁊ tenuē exiſtit differētia. Qm̄ ſpiſſa tranſlucēs cū motu inūdaꝛ nō fiūt ptes ipſi⁹ inūdate multū parue īmo magne ī ea accidūt vn̄ ⁊ ei⁹ mot⁹ ſunt tardi ⁊ cū ſpuma multarū āpullarū ⁊ ipſi⁹ āpulle nō cito rūpunꝛ. Et que q̄dē hmōi exiſtit ex flegmate gn̄aꝛ bn̄ digeſto aut colera vitellina ſi eſt in ea tinctura ad citrinitatē trahēs. Et ſi tinctura nō ē in ea ſignificat flegmatis vitrei reſolutionē. Et hoc q̄dē ī epilepticoꝝ vrinis multū exiſtit. In tenui aūt ī q̄ multa exiſtit tinctura ſciꝛ ticturā nō eſſe ꝓpter digeſtionē. Alioq̄n digeſtio ī pmis nō magis opaꝛ ſubſtātiā q̄ coloris ꝑmixtionē. Propꝛa nāq digeſtiōis opatio eſt ſubſtātiā efficere deinde ipſam tingere. Et digeſtio q̄dē in ſubſtātia melior eſt q̄ in colore Et ꝓpter hoc cū vrina tenuis ī acuta egritudīe perſeuerat: ſignificat malū: ⁊ ꝙ virt⁹ digeſtiua ē ſopita. ¶ Cū aūt vrinā videris tenuē ī cuius ptibus rubedinis ⁊ citrinitatis fuerit diuerſitas: laborē cognoſces īflāmātē. Et ſi tenuis fuerit: fueritq in ea res q̄ ſunt ſicut furfures egritudine ī veſica nō exiſtēte ſignū erit hoc eſſe propter flegmatis aduſtionē. ¶ Spiſſa aūt vrina in febrib⁹ acutis ad ſummū multos ſignificat hūores. Et fortaſſe ſignificat liquefactionem. Et ipſa quidem eſt que cū vna permanet hora congelaꝛ et inſpiſſaꝛ. ¶ Ad vltimū ſ͛o turbulētia vrine eſt propter terreitatem cum ventoſitate que aquoſitati admiſceꝛ. Ex iſtis namq cum admiſceꝛ prouenit turbulentia. Et ex ipſorum abinuicem ſeparatione prouenit claritas. ¶ Amplius tres debes attendere diſpoſitiones. Eſt namq cum tenuis mingiꝛ ⁊ deinde inſpiſſatur: que ſignificat ꝙ natura laborat in maturando: ſed nondum materia ei vndiq obediuit ⁊ eſt patiens: ⁊ fortaſſe eſt cum membroꝝ ſignificat liq̄factionē. Aut mingiꝛ ſpiſſa ⁊ poſtea clarificatur ⁊ ſeparaꝛ ab ea groſſi. m ſubtus ſtans: ⁊ ſignificat ꝙ natura iaz ſuperauit materiam ⁊ ipāz maturauit. Et quanto maior fuerit claritas ⁊ maior deſcenſus inferius ⁊ citius magis ſignificabit maturationem. Aut eſt diſpoſi-

tio media inter primã ꝛ alteram ex qua cũ perdurauerit ꝛ natura fuerit fortis ꝛ virtus fixa ſcietur ꝙ nõ ad maturationẽ perueniet integram. Si vero virtus fixa non fuerit timẽdũ ne perditio perueniat ad maturationẽ. Cum aũt perdurauerit ꝛ timoroſa ſignificatio nõ affuerit: ſignificabit capitis doloꝛẽ qm̃ ſignificabit ebullitionẽ ꝛ ventoſitates vaporoſas. ¶ Illa vero q̃ ex tenuitate ad turbulẽtiã puenit ꝛ ſic procedit: melioꝛ eſt q̃ſi turbulentia permanet ſm plurimas horas. ¶ Urina quoq multotiens fit ſpiſſa ꝛ eſt hoc ppter caſum virtutis ꝛ non ppter nature expulſionem. ¶ Sz vrina q̃ aquoſa mingit ꝛ aquoſa remanet: ſignũ eſt priuatiõis maturationis penitus. ¶ Et vrina ſpiſſa laudabilioꝛ eſt q̃ ad exeundũ eſt facilis ꝛ multe ſeparatiõis ſimul. Ex huiuſmodi nãq ſanat paralyſis ꝛ qđ eſt ei ſimile. ¶ Cũ vrina groſſa mingit ꝛ deinde pcedẽdo ſm oꝛdinẽ attenuat ſi multa eſt ꝓueniẽs exiſtit. Et cũ ipſa poſt ſpiſſam ꝛ turbidam ꝛ paucam ſequit: eſt ſignum bonũ. Et hoc quidẽ cũ eſt ſpiſſa que turbulenta eſt aperit que mingit paulatim ꝛ ſubito inde multa facile mingit vrina: cũ hac em̃ multotiẽs reſoluit egritudo ſiue ipſa ſit vna febriũ acutarũ: ſiue ſit vna aliarũ egritudinũ ex repletione puenientiũ: ſiue ſit repletio ex qua nondũ manifeſta accidit egritudo. Et iſte q̃dẽ vrine modꝰ eſt extraneꝰ. ¶ Quãdo cũ vrina naturalis coloꝛis ſuperflua eſt ſpiſſitudo: plerũq ſigt bonitatẽ expulſionis multarũ materierũ cui exeũdi aſſociat facilitas. Et plerũq ſignificat perditionẽ: ppterea ꝙ humoꝝ ſignificat multitudinẽ q̃ virtutis debilitatẽ. Et hoc q̃dẽ demõſtrat egrediẽdi difficultas ꝛ paucitas eiꝰ qđ egredit. ¶ Urina quidẽ ſpiſſa bona eſt q̃ eſt criſis egritudinis ſplenis ꝛ febriũ permixtaꝝ in qua nõ expectatur equalitas: qm̃ natura in expellendo impedit. ¶ Urina ad vltimũ turbulenta ſignificat humoꝝ multitudinẽ ꝛ naturã ab eis occupatam in maturãdo eos. ¶ Urina ſpiſſa in qua ſedimẽ exiſtit harenoſum ſignificat lapidem. ¶ Urina ſpiſſa q̃ apoſtema tũ ſignificat apertionẽ cognoſcit ex eo qđ ei admiſcet ꝛ eo quod preceſſit. Ex eo em̃ qđ admiſcetur ſicut pure qđ malus odoꝛ demõſtrat: ꝛ exeuntibus que cũ ea ſeparant: ſicut petala alba ꝛ rubea: aut ſicut furfur: aut alia ab iſtis ex eis per que cognoſcitur. Ex eo q̃dem qđ preceſſit: qm̃ ibi priꝰ fuit ſignificatio apoſtematis aut vlceris in veſica aut rene aut epe aut in partibꝰ pectoꝛis ꝛ ſignificat huiꝰ apoſtematis apertionẽ ſi ante ipſam vrina fuit ſimilis loture carnis recẽtis qđ eſt ex gibboſitate epatis. Et ſi egeſtio talis fuit apoſtematis qđ eſt eiꝰ cõcauitate: ꝛ ſi anhelitꝰ coãguſtatio preceſſit: ꝛ tuſſis ſicca: ꝛ doloꝛ in mẽbris pectoꝛis pungitiuꝰ: tunc apoſtema qđ eſt apertũ eſt lateris: ꝛ exiuit a pte arterie maioꝛis: ꝛ ſi in pure illo eſt maturatio ꝓueniẽs eſt. ¶ Et eſt cũ ſanꝰ euacuatꝰ q̃ exercitiũ relliquit mingit vrinã ſicut pus ꝛ virꝰ tenue quo ipſius purgatur coꝛpus: ꝛ eius auferi laxitas quã exercitij dimiſſione conſecutꝰ eſt. Et eſt etiã cuz

in epate aut in eo quod eſt coꝛaȝ ipſo fiunt opilationes:⁊plerūqꝫ cō
tingit vt earum apertione ſit vꝛina ſpiſſa propterea ꝙ earū egre-
dictur materia ⁊hec talis ſpiſſitudo non eſt pus. Sed in ipſa que ē
poſt apoſtematis apertionem eſt pus. Et cū vꝛina fuerit cum ſpiſ-
ſitudine ⁊ad nigredinē traxerit⁊cū ea fuerit in latere ſiniſtro doloꝛ
erit tunc ex parte ſplenis. Et ſecundum hanc conſiderationem ſi ſu
pꝛa femur fuerit aut in ſummitate ventris:erit tūc ex parte ſtoma-
chi. Hoc tamen ſepius eſt ex parte epatis ⁊cannalium vꝛine. ¶ Vri
na turbulenta multotiens ſignificat caſum virtutis. Cūqꝫ virt⁹ ce
ciderit frigiditas ſuperabit q̄ erit ſicut illa q̄ exteri⁹ infrigidat.
¶ Vrina turbulenta q̄ malo vno ſimilat̄ aut aq̄ ciceris eſt vꝛina p̄
gnantium:aut habentium apoſtemata calida longi tempoꝛis in in
terioꝛib⁹. ¶ Vrina q̄ vꝛinis aſinoꝛū aut animaliū aſſimilat̄ ⁊eſt q̄-
ſi nulachlach ꝓpterea ꝙ ē multū turbida:coꝛruptionē humoꝛum
coꝛpoꝛis ſignificat. Quod tamen magis ſignificat eſt flegma cru-
dum in quo aliqua caliditas opata fuit ⁊ipſm cū groſſa ventoſita-
te ebullire fecit. Et propter hoc plerunqꝫ ſignificat capitis doloꝛem
venturū aut alabachal. Et cum perſeuerat:ſignificat letbargiam
¶ Vrina q̄ coloꝛi alicuius membꝛi ſimilat̄ cum perdurat egritudi
nem in illo mēbꝛo ſignificat. Et q̇dā dixerūt ꝙ cū in inferioꝛi parte
vꝛine fuerit aliq̇d qđ pulueri ſit ſimile aut fumo ꝓlongabit̄ egritu
do. Et ſi in tota perdurat egritudine pronoſticatur moꝛtē aut fleg
ma cruduȝ quod a puro diſcernitur fetoꝛe. ¶ Vrina habens par-
tes diuerſas ſignificat ꝙ quanto plus partes in ipſa fuerint maio-
res:tanto plus nature operatio eſt ſtudioſioꝛ:⁊natura pl⁹ potēs:⁊
poꝛi plus aperti. ¶ Vrina in qua videntur quaſi adinuicem mixta
ſignificat ꝙ fuit micta poſtqꝫ coitus fuit cōpletus.

¶ De ſignificationibus odoꝛis vꝛine.

Dixerunt q̇dam ſe nunqꝫ vidiſſe egrū cui⁹ vꝛine, odoꝛ ſit ſicut
odoꝛ vꝛine ſani. ¶ Et nos q̇dem dicemus ꝙ cum vꝛina nul-
lo modo odoꝛem hȝ cōplexionis frigiditatē ſignificat ⁊ ſuperfluaȝ
cruditatem. Et plerunqꝫ etiam ſignificat in acutis egritudinibus
moꝛtē nature. ¶ Cū aūt odoꝛeȝ habuerit fetidū ⁊maturationis ſi-
gnificationes in ea fuerint:erit ipſius cā ſcabies āt vlcera in inſtru
mētis vꝛine q̄ ſuis cognoſcunt̄ ſignis. ¶ Qđ ſi maturatio nō affue
rit poſſibile erit vt ſit ex hoc ⁊poſſibile vt ſit ex putrefactiōe. ¶ Cū
qꝫ hec in febꝛib⁹ fuerit acutis:⁊nō fuerit cā membꝛoꝝ vꝛine:erit ſi
gnū malū. Cum ad acredinem traxerit:ſignificabit putrefactionē
que eſt in humoꝛib⁹ frigidā hn̄tib⁹ ſubſtātiā q̇s caloꝛ ſupauit ex-
trane⁹:⁊ſignificabit moꝛtē caloꝛis nālis:⁊dn̄ium frigiditatis ī na-
tura cū caloꝛe extraneo. ¶ Odoꝛ v̄o q̄ ad dulcedinē trahit ſanguis
ſignificat dn̄iuȝ. Et q̄ multū eſt fetida eſt colerica:⁊fetida ad acre-
dinē trahēs ē melācholica. Cūqꝫ vꝛīa fetidi odoꝛis ī ſanis ꝑcurra-
uerit:ſignificabit febꝛes q̄ ex putrefactiōe accidūt:āt minoꝛatiōem

putrefactionis q̄ in ipſis eſt retēta. Et hoc q̄dē demōſtrabit ſi illico alleuiationē habuerit. ¶ In acutis egritudinib⁹ cū fetor vrinā cō municabit ⁊ poſtea ab ea remouebit: fueritq̧ ablatio hec ſubito ⁊ poſt ipſaȝ nō ſubſecuta fuerit redēs: ſignificatio erit caſus virtutis

¶ De ſignificationibus vrine ex ſpuma ſumptis. Ca. 5.

Spuma accidit ex humiditate ⁊ vētoſitate proiecta in vrinalē cū p̄iectione vrine. ¶ Vētoſitas vō cū vrina egrediēs auxiliū pculduldio prebet in ſubſtātia vrine ⁊ precipue cū vētoſitas in cor pore ſuperauerit: quēadmodū in vrina accidit opilatiōes hñtium in qua multe ſunt ampulle. ¶ Et ſpuma quidē q̄nq̧ cū ſuo ſignifi cat colore: ſicut ſignificat ſua nigredine ⁊ ruffedine in icteritia. ¶ Et eſt cū puitate ſui ⁊ magnitudine ſignificat: q̄ñ ipſi⁹ magnitu do ſignificat viſcoſitatē. ¶ Sui vō multitudine ⁊ paucitate: q̄ñ ip ſius multitudo ſignificat viſcoſitatē ⁊ multā ventoſitatē. ¶ Et ipſa quidem ſignificat per rupturam ſuarum ampullaruȝ cito factam aut tarde: q̄ñ ruptura ampullarum tarda ſignificat viſcoſitatem Et parue quidem ampulle remanentes in egritudinibus renum ſi gnificant ventoſitates ⁊ viſcoſitatem. ¶ Ad ſummum vero humor viſcoſus in egritudinibus renuȝ eſt malus ⁊ ſignificat humores ma los ⁊ frigiditatē: ⁊ illud ſignificant granula que nominauimus.

¶ De ſignificationibus ſpecierum hypoſtaſis. Ca. 6.

In primis dicem⁹ q̄ medicoꝝ cōueniētia in vſu nominis hyp poſtaſis ⁊ ſediminis iā receſſit a via cognita. Dicūt eñ hyp poſtaſim aut ſedimē: nō illud tantū q̄d inferius deſcēdit: ſȝ omnem ſubſtantiā q̄ ſpiſſioris exiſtit eēntie q̄̄ aquoſitas: ⁊ eſt ab ea diuiſa ſiue ſit ſuſpēſa: ſiue ſit ſupra. ¶ Dicem⁹ igit̄ q̄ hypoſtaſis multis co gnoſcit̄ modis. ſ. ex ſubſtātia ſui: et quātitate: ⁊ qualitate: ⁊ ſitu ſua rum partium: ⁊ loco ſui: et tempore: ⁊ qualitate ſue permixtionis. ¶ Significatio vero ei⁹ ex ſubſtātia ſui eſt. Quoniam hyppoſtaſis aut erit naturalis laudabilis demonſtrans digeſtionem ⁊ matura tionem naturalem. ⁊ hec erit alba ⁊ deſcendēs inferius ⁊ ei⁹ partes cōtinue ⁊ ſimiles ⁊ equales: ⁊ oportebit vt ſit rotundam habens fi gurā equalem ſubtilem ſimilē hypoſtaſi aque roſacee. Et propor tio ſue ſignificationis ſup maturationē materie in toto corpe ē ſi cut pportio ſignificatiōis materie puris albi leuis ſil'is eēntie ſup maturationem apoſtematis. Sed pus eſt ſpiſſū. Et hec ē ſubtilis. ¶ Et hyppoſtaſis quidem ⁊ ſediminis ſignificationes ſunt bone li cet tinctura deficiat ⁊ equalitas. Verum equalitas apud antiquos melior eſt tinctura. Equalis namq̧ que non tantū eſt alba: ſed ru bea eſt melior alba que eſt aſpera. ¶ Amplius plurime hypoſtaſes ſecundum colorem vrine exiſtunt. Sed ex eis que diuerſificantur alba eſt melior. Poſt illam rubea. Et poſt ipſaȝ citrina. Et poſt eā illa que eſt vt arſenicum. Et malitia quidem a lentiginoſa incipit. Tu autem non attendas illud quod alij dicunt: nam albedo erit

qñq; non ꝑpter maturationē: ⁊ equalitas non eſt niſi ꝑpter maturationē. Et de albedine eſt q̃ ē ꝑpter vehemētē ventoſitatis cōmixtionem. ¶ Male aũt hypoſtaſis incōtinuitas melior eſt ꝙ ipſi⁹ cōtinuitas. Et hypoſtaſis q̃dem mala eſt quā ex vicino ſcies. Bona autem hypoſtaſis de q̃ loquimur puri aſſimilatur ⁊ flegmati crudo cum tenuis fuerit. Uerũtñ pus ab ea differt ꝑ fetorē. Et flegma crudũ ſeparat ab ea cōculcatiōe ſuarũ ptiũ: ⁊ ip̃a ab vtriſq; differt ſubtilitate ⁊ lenitate. ¶ Et hec q̃dē hypoſtaſis nō querit̃ niſi in egritudinibus: qm̃ in ſanitate nō req̃rit̃: ⁊ illͦ eſt qm̃ nō dubitat̃ quin in corpore egri male retēte ſint materie invenis ipſi⁹ q̃ niſi mutarent̃: portendũt corruptionē. Invenis aũt ſani nō ſꝑ opꝫ eſſe humorē q̃ ſit excutiend⁹. Sꝫ ſi ē meli⁹ eſt ꝙ hoc ſignificet ex eis ſuperfluitates q̃ in eis ſuperfluunt ex cibo a digeſtione priuate: deinde ſuperfluitas q̃ in vrina ſit hypoſtaſis: ſiue matura: ſiue nō matura. ¶ Et in maciletis q̃dē eſt ſedimē paucũ qḋ deſcēdit ſm ſanitatis diſpōnem: ⁊ ꝑ ptie q̃ exercitio vtunt̃: ⁊ artib⁹ ſe exercent laborioſis. Et non multiplicat̃ hmōi hypoſtaſis niſi in corporib⁹ pinguiũ ocioſe viuentiũ. Et ꝑpter hoc ēt in vrinis egroꝝ macroꝝ nō ē expectāda hypoſtaſis tm̃ quātũ in vrinis egroꝝ pinguiũ: qm̃ eoꝝ egritudo multotiēs recedit ita ꝙ nil deſcēdit: ⁊ multotiēs hypoſtaſis in eoꝝ vrinis non puenit ad hoc vt deſcēdat: ſꝫ tñ plerũq; eſt modicũ ei⁹ in eis natās aut pendēs. ¶ Et in multis q̃dē vrinis hypoſtaſis illico cũ mīgit̃: deſcēdit: niſi in eis q̃ valde mature ſunt: imo in eis parũ expectandũ eſt. Et plures ex hypoſtaſis colorib⁹ ſunt ſm pl̃m ſm colorē vrine ſꝫ melior ex eis q̃ diuerſificant̃ eſt alba poſtꝙ ē rubea deinde citrina.

¶ Nō naturalis ꝟo hypoſtaſis: alia ē ſil̃is raſure inteſtinoꝝ corticalis q̃ ē furfurea: aut herbina: aut ſimilaginea: aut ſil̃is arſenico rubeo. aut ei qḋ valde citrinũ. Alia ē carnoſa. Alia eſt adipina. Et alia eſt ſanioſa. Et alia eſt mucilaginoſa. Et alia eſt q̃ eſt ſil̃is fruſtulis fermēti in aqua ſoluti. Et alia ē ſanguinea ſanguiſugalis. Alia eſt capillaris. Et alia eſt harenalis granoſa. Et alia ē cineritia.

¶ Sil̃is ꝟo raſure inteſtinoꝝ corticalis alia ē petaloides magnaꝝ partiũ rubeaꝝ aut albaꝝ q̃ ſignificat ſm pl̃m ꝙ ſeparate fuerũt ex mēbris q̃ ſunt ꝑpinqua mēbris a q̃bus diuidunt̃ vrine. Et albe ſignificant ꝙ ſunt ex veſica ꝑpter vlcera q̃ ſunt in ea: aut ſcabiē: āt corroſionē. Rubee aũt carnoſe ſignificāt ꝙ ſunt ex rene. ¶ Et ex petaloidibus q̃dē ſunt q̃ ſunt coloris fuſci ⁊ obſcuri aut ſquamis piſciũ ſil̃es: ⁊ hec eſt vehemēter mala ⁊ oībus ſpecieb⁹ hypoſtaſis ꝙs noīauim⁹ deterior. Et ſignificat petaloides mēbroꝝ radicaliũ raſurā. Uerũ duo p̃ria ipſi⁹ genera nullo mō ſpediũt imo plerũq; veſicā mũdādo ſanāt. Et dixerũt q̃dā cuidā hoī ſe in potu tribuiſſe cātarides q̃ cortices albos q̃ſi venoſos mingit: q̃ cũ aquoſitate fricabant̃ reſoluebant̃ ⁊ tingebant̃ tinctura rubea q̃ factus eſt ſan⁹ ⁊ vixit. ¶ Et ex ea quidē q̃ eſt ſicut raſura inteſtinoꝝ ē quedaꝫ q̃ eſt mi

noꝛis latitudinis qꝫ due predicte:⁊ ſpiſſioꝛis ſubſtantie:q̃ ſi ru bea fuerit: vocaẗ herbina:⁊ ſi rubea non fuerit :vocaẗ furfurea. Et her bine q̃dẽ ſi fuerint rubee ꝑtes plerũqꝫ ſunt ꝑtes epatis aduſte:⁊ ple runqꝫ ẽ ſanguis in eo aduſt⁹:⁊ plerũqꝫ eſt etiã ex rene. Sꝫ q̃ ẽ ex rene eſt maioꝛis continuitatis carnoſa. Alie vero due plus ſimilantur ei q̃ nõn eſt carnoſa:⁊ fracturas eſt magis recipiens. Et cum vehe mẽter trahit ad citrinitatẽ eſt ex rene pꝛoculdubio. Quoniaꝫ illa que eſt ex epate ad rubedinem tendit fuſcam. Et quãdoqꝫ aſſociaẗ ei in hoc illa que eſt ex rene. ¶ Furfurea vero hypoſtaſis quãdoqꝫ eſt ex ſcabie veſice:⁊ quãdoqꝫ eſt ex liquefactione mẽbꝛoꝝ. Et diffe rentia inter eas eſt ꝙ cũ illic in radice mẽbꝛi fuerit pꝛuritus ⁊ fetoꝛ erit ex veſica ⁊ ꝓpꝛie cũ pus pꝛius mictũ fuerit:⁊ pꝛecipue cum alie ſignificationes vꝛine demonſtrauerint maturationẽ:⁊ fuerint vene ſuperioꝛes ſane cõplexionis:⁊ nõ fuerit in eis macula:immo in ve ſica. Sed ſi cum inflammatione fuerit ⁊ virtutis debilitate ⁊ mem bꝛoꝛum mingendi incolumitate ⁊ coloꝛ fuſcitati attinuerit:erit tũc ex liquefactiõe humoꝛis. ¶ Et crinoides vero plurimũ eſt ex adu ſtione ſanguinis que ad rubedinem trahit. Et multotiens eſt ex li quefactione membꝛoꝛum ⁊ eoꝛũ raſura ſi albedini attinet. Et quan doqꝫ etiam eſt ex veſica ſcabioſa ſm minus. Et tibi q̃dẽ poſſibile ẽ vt modũ differentie inter eas intelligas ꝑ illud qđ iam ſciuiſti. Si autẽ nigredini attinet:eſt ex ſanguiſ aduſtione ⁊ pꝛopꝛie in ſplene. ¶ Omnes preterea petaloides hypoſtaſes que non ſunt ex cauſa que fit in veſica ⁊ rene ⁊ cannalibus vꝛine in egritudinibus acutis malum pꝛotendunt pernitioſum. ¶ Et tu quidem iã ſciuiſti ex hac ſumma carnoſe diſpoſitionem:⁊ ꝙ plurimum eius ẽ ex rene:⁊ quã doqꝫ ipſa non ẽ ex rene. Nam ex rene non eſt niſi cum caro eſt ſane carnoſitatis ⁊ non eſt in coꝛpoꝛe liquefactio. ¶ Et vꝛina quideꝫ ve narum ſignificat ſanitatem:quoniam renum egritudines matura tionem non pꝛohibent vꝛine quia ipſa ſupꝛa ipſos exiſtit. ¶ Hypo ſtaſis vero adipina:adipis ⁊ pinguedinis ⁊ etiam carnis ſignificat liquefactionem. Et earum peioꝛ eſt que auris aque ſimilatur. Duo autem ipſius pꝛincipia cognoſcuntur ex paucitate ⁊ multitudine ⁊ commixtione ⁊ ſeparatione. Quoniam cuꝫ eſt multa ⁊ ſeparata exi ſtimatur ꝙ ſit ex parte renis ⁊ pꝛopter liquefactioneꝫ ſue adipis. Et ſi eſt minus ⁊ maioꝛis cõmixtionis eſt ex loco magis remoto. Et eſt cum in vꝛina fruſtum album granati grano ſimile viſum. fue rit ⁊ erit ex adipe renis. ¶ Sanioſa vero vlcus ſignificat quod aper tum fuit:⁊ ꝓpꝛie in membꝛo mingendi:⁊ pꝛecipue ſi ibi fuerit ſedi mem laudatum ad fundum deſcendens. Et mucilaginoſa quidem ſignificant humoꝛeꝫ ſpiſſum crudũ:aut quod ẽ in coꝛpoꝛe multus aut ex inſtrumentis vꝛine egrediens : aut criſim apertionis vene ſciatice:aut doloꝛis iuncturarum. Et hoc quidem cognoſcitur ex alleuiatione que poſt ipſam ſequitur. Plerunqꝫ enim ſubtiliaẗ ⁊ at

tenuatur ꝛ putatur hypoſtaſis laudabilis. Quapꝛopter in acutis
egritudinibꝰ non eſt confidendū in eo qđ apparet ſm ſimilitudinē
laudabilis hypoſtaſis: cū nondū fuerit maturationis hoꝛa: nec
pꝛeſentes fuerint eius ſignificationes. Et etiā eſt cum vehemētem
complexionis renis frigiditatē ſignificant. ¶ Inter ſanioſam vero
ꝛ crudā exiſtit differentia. Quoniā ſanioſa exiſtit cū febꝛe: ꝛ pꝛecedunt
ipſam ſignificationes apoſtematis: ꝛ eius partes faciles ſunt ad cō
iungendū ꝛ ſeparandū. Et quedam ex ea eſt que cū aquoſitate vehe
menter miſcetur. Et quedā ex ea que ſeparat ſed cruda eſt ꝛ turbi-
da ꝛ ſpiſſa ꝛ non facile cōiungitur: nec facile ſeparat. ¶ Et vrina q̄
dē in qua plurima mucillaginoſa hypoſtaſis apparet qñ eſt exu-
berans cū in fine podagre apparet ꝛ doloꝝ arteticoꝝ: ſignificat bo
nū. ¶ Capillaris autem eſt ꝓpterea ꝙ humoꝛ occultus conſolidat
ex caloꝛe in ipſum agente q̄ quādoqꝫ eſt alba: quandoqꝫ eſt rubea ꝛ
eius cōſolidatio eſt in rene. Et ſe rūt quidā ꝙ in eius lōgitudine ple
rūqꝫ palmi menſura inuenitur. ¶ Que autē fermenti infuſi fruſtu
lis ſimilis exiſtit debilitatē ſignificat ſtomachi ꝛ inteſtinoꝛum ꝛ di
gerendi maliciā in ipſis: ꝛ eſt plerūqꝫ cauſa eius comedere lac ꝛ ca-
ſeum. ¶ Harenoſa vero ſemper ſignificat lapidem qui conſolidat
aut ꝯſolidando ꝓcedit: aut qui reſoluitur. Et que quidem eſt ex eis
rubea eſt ex rene. Et qñ non eſt rubea eſt ex veſicca. ¶ Plurimū aūt
que cinericia eſt flegma ſignificat: aut pus cui ꝓpter longam morā
accidit caloꝛis mutatio ꝛ ſectio partium: ꝛ eſt qñqꝫ ꝓpter aduſtio
nem que ei accidit. ¶ Sanguiſugalis vero hypoſtaſis ſi vehemē-
ter eſt mixta epatis debilitatē ſignificat. Et ſi minus hac ſignificat
vulnus in cannalibus vꝛine ꝛ ꝯtinuitatis ſolutionem in ipſis. Et ſi
fuerit ſeparata plurimuꝫ eius erit in veſica ꝛ in virga. Et nos q̇dē
perſcrutabimur hoc in particularibus egritudinibus in capłō de
mictu ſanguinis. Et ſi in vꝛina fuerint ſicut ſanguiſuge rubee infir
mo ſplēnē habente reſoluetur ſplen ipſius. ¶ Scito aūt ꝙ in egri-
tudinibꝰ veſice non multꝰ egredit ſanguis: quoniā eiꝰ vene mixte ſunt
in ipſius coꝛpoꝛe calcate ꝛ anguſte ꝛ pauce.

¶ Hypoſtaſis vero ſignificatio ex quantitate ipſius ſumpta mul
titudine quidē ſui ꝛ paucitate declarat cauſe ipſam efficientis mul
titudinē aut eius paucitatē. Et ex quātitate quidem ſui in magni
tudine aut ꝑuitate ſui eſt quemadmodū diximus in hypoſtaſi mu
cillaginoſa.

¶ Eius autem ſignificatio ex qualitate ſui: eſt ex coloꝛe quidē ipſiꝰ
Quoniam que ea nigra eſt ſignificat malum ſm diuiſiones quas
nominauimꝰ. Que tamen ex ea ſanioꝛ eſt illa cuius hypoſtaſis eſt
nigra ꝛ aquoſitas non eſt nigra. Et rubea quidem ſanguinis ſi-
gnificat pꝛopꝛietatem ꝛ faſtidium. Et citrina quidem ſignificat ca
loꝛem foꝛtem ꝛ egritudinem inſidioſam. Et ex ea quidem que al-
ba eſt quedam eſt bona ſicut diximus. Et quedā eſt mala ſicut mu

tilaginoſa aut ſanioſa aut ſpumoſa maturationi contraria. Uiridis quoq; ſemita eſt ad nigram. Ex odore vero eius eſt quemadmodū diximus in his que premiſſa ſunt.

¶ Ex ipſius vero ſitu: ⁊ leuigatione ſui: ⁊ diuulſione. Qm̄ leuitas ⁊ equalitas in hypoſtaſi laudata eſt melior. Et in non laudata eſt deterior. Sed diuulſio ſignificat ventoſitates ⁊ digerēdi debilitatem.

¶ Eius autē ſignificatio ex loco ſui eſt. Qm̄ aut eſt natans: ⁊ vocatur nubes. Aut pendens: ⁊ hec quidem eſt in medio ſtans que eſt maioris maturatiōis q̄ prima. Et ex pendente illa melior eſt cuius ruge ⁊ fimbrie ad inferiora declinant. Aut ad fundum deſcēdēs q̄ eſt melioris maturationis: hec q̄dem eſt de hypoſtaſi laudata.

¶ Non laudata vero q̄ leuior eſt melior exiſtit ſicut nigra: ⁊ hoc in febribus acutis. Et ſimiliter ſi humor eſt flegmaticus aut melancolicus: qm̄ ea que eſt vt nubes melior eſt ea que inferius deſcendit ſignificat em̄ eius ſubtilitatē: niſi cum cauſa mutatiōis fuerit multa ventoſitas: ⁊ ſi non fuerit ita natans eſt melior q̄ pendēs. Et inferius deſcendens eſt deterior. Et cauſa quidem natandi ſuperius eſt caliditas cum qua eſt acuitas ⁊ ventoſitas. Hypoſtaſis aūt diuulſa in groſſa ſuperius natat ⁊ proprie cū ſit leuis: ⁊ in tenui deſcēdit inferius et proprie cum ſit grauis. Cunq; in principio egritudinis apparet pendens ⁊ natans: poſtea perſeuerat: ſignificat q̄ criſis cum extura veniet. Macilentorum vero egritudo plerumq; remouet ſedimine bono natante aut pendente: quēadmodū diximus in precedentibus. ¶ Et cum inter nephilim ⁊ enorima ⁊ hypoſtaſim fuerit aliquid ſimile tele arance aut dēſitas erit ſignū malum.

¶ Et multotiēs quidem natans ſedimē nō bonū apparet ex quo prouenit terror. Sed iſtud erit principiū maturationis ⁊ permutationis ad bonitatē: poſtea pēdebit: deinde deſcendet: ⁊ erit ſignū nō malū. Quod ſi poſt ipſum ꝓuenerint hypoſtaſes: timor quem in primis habebamus fiet neceſſarius

OPortet vt in ea fiat qḋ poſſibile eſt de eq̄tione ꝛ ipulſiōe oīs declinatiōis ꝛ eminentie ad contrariū partis illius ꝛ poſitione aſtellaꝝ ꝛ ſtrictura eaꝝ deſuper vt dimittatur ſuper eā: ꝛ vt. ponatur loco eaꝝ ſup eam plumbum equatum conſeruans locum cum grauitate ſua. ¶ Uerum opꝫ vt antequam ponatur deſuper aſtella aut plūbū vt ēplaſtres cū ēplaſtro ꝯfortatiuo de illis q̄ ſcis ꝛ nō moueat.

¶ De diſlocatiōe ſpōdiliū ꝛ ſeparatiōe earū. Cap. 21.

QUando ſpondilis diſlocatur diſlocatione completa īterficit proculdubio: ꝛ nō completa iterum quando remouet remotione plurima q̄uis ſit minus q̄ completa eſt mortalis: qm̄ proculdubio coartat nucbam coartatiōe forti ſi reſiſtit ꝛ. nō obedit. ¶ Et ſi eſt ſpondilis prima colli ꝛ q̄ ſequit eā ꝑuat animal anhelitu ꝛ morit ſtatim: qm̄ nerui ā̄helit⁹ coartant: q̄re nō faciūt oꝑationē ſuam. ¶ Et ſi eſt de ſpōdilib⁹ dorſi ꝛ diſlocat ad partem interiorem nō eſt poſſibile vt curet: ꝛ eſt de illis q̄ īterficiūt velociter. Et ſi morat ꝛ non eſt poſſibile taliter ꝙ ꝓhibeat anhelitū retinet ſterc⁹ ꝛ vrinā ꝛ interficit. Et ſi moratur ꝛ non coartat nucbam coartatione vehementi aut coartat ꝛ non apoſtemat: aut ſedat qḋ eſt cum eo de apoſtemate non eſt excuſatio quin nocumentū ingrediatur nucbā et neruos qui ſunt ſub illo loco et facit ſuperfluitates exire inuolūtarie. ¶ Et ſi eſt ad poſteriorē tūc nocumētū qḋ facit nucbe eſt min⁹: verū neceſſariū eſt nocumētū iterū. ¶ Et coartatio neruoꝝ q̄ debilitat pedes ꝛ debilitat lacertos: veſice ꝛ ani: quare neceſſaria eſt virt⁹ fortis ꝛ impulſio vehemēs et ꝑcuſſio magna que fere frāget ſimenia ei⁹ donec redeat ad locū ſuū: ꝛ anteq̄ redeat ad locū ſuū iā fracta ſunt ꝑ illō eius ſimenia: ꝛ q̄n̄q̄ diſlocantur ad duo latera ꝛ ad ſuꝑiora. ¶ Et in hui⁹ q̄dē. c. diuiſiōib⁹ iā locuti fuim⁹: vbi locuti fuim⁹ de gibboſitate: ergo cōpleat illic. ¶ Et ſignū illius eſt ꝙ vides illic aut eminētiam in poſterioribus: aut arcuationē in pectore ac ſi fractum ſit ſimenium: ſed in eius fractura non eſt magnum malum. Et in diſlocatione ſpondilis eſt timor mortis.

¶ De cura. Capitulum. 22.

IN illa quidem que eſt ad interiora ex dorſo ſpes eſt parua: et paruus profectus eſt in eius curatiōe. ¶ Illa que eſt ad poſteriora indiget cōpreſſione cum genibus et fortitudine ſicut eſt operatio balneatorū: et ponant ſuper eā cū fortitudine: aut faciat ipm̄ iacere ſuper ventrem ſuū et ſtet ſuꝑ eum cum calcaneis ſuis: aut fricet. ipm̄ cū aliobich fricatione aſini liſſazaracti. ¶ Qḋ ſi res fuerit

vehementior illa ⁊ fuerit recens dixit Hyp. ꝙ opꝫ vt ſumat lignū cui⁹ lōgitudo et latitudo ſit tante q̄titatis q̄ capiat infirmū: et terminetur ita vt ſit ſm hāc mēſurā ꝑpe parietē extenſum ad lat⁹ parietis in lōgitudine: ⁊ nō ſit elōgatio ei⁹ a pariete pl⁹ quātitate vni⁹ pedis: ⁊ ponatur ſuper ipm ſtrat⁹ plan⁹ ad corp⁹ infirmi: deide balnectur ⁊ applanetur ſup lignū aut ſuper podiale ſup faciē ſuā: deinde inuoluātur ſup pectus infirmi ligature ample duab⁹ vicibus: et earꝫ extremitates egrediātur de ſubaſcellis: ⁊ ligētur inter duas ſpatulas ⁊ ligētur extremitates ligaturaꝝ lataꝝ ad lignū longū ſimile manubrio mortarij: ⁊ eleuetur hoc lignū ſup lignū poſitū aut podiale: ⁊ detur miniſtro ſtanti apud caput infirmi vt teneat ipſuꝫ vt fiat extremitas inferior inuoluta ad aliq̄d: et extēdatur ſuperior que eſt apud caput in hora qua opꝫ ⁊ fiat per illud extenſio. ¶ Et ligētur iterū pedes ambo ſimul cum ligatura ampla alia ſup genua ⁊ ſupra duas ſpatulas iterꝫ: ligando iterꝫ loca q̄ eleuatur ex loco in quo aggregātur due coxe cū ligamēto alio. Et aggregētur extremitates horꝫ ligamentorꝫ: ⁊ ligētur ad lignū aliqđ ſile manubrio mortarij ſicut eſt lignū cui⁹ preceſſit narratio: et eleua ipm apud extremitateꝫ ligni primi: deinde ꝑcipe miniſtris vt extendāt cū hoc ligno extēſione q̄ fit ſm cōtrariū. ¶ Et de hoībus ſunt q̄ faciunt hāc extenſionē cū inſtrumētis ⁊ ſunt ſicut ſagitte ſup ſignuꝫ erectuꝫ apđ extremitatē hui⁹ ligni magni aut podialis. ſ. duas extremitates q̄ ſequūtur caput ⁊ pedes qn̄ reuoluūtur ille ſagitte inuoluuntur cū eis ligature que extēduntur. ¶ Et opꝫ qn̄ fit extenſio vt īpulſio fiat apud gibboſitatē cū radice volarū manuū. Qđ ſi fuerit nobis neceſſe ſedere ſuper ipm faciem⁹ illud ⁊ nō timebim⁹ aliq̄d. ¶ Et ſi nō equatur ſpōdilis cū iſtis reb⁹ ⁊ infirm⁹ fuerit tolerās ꝯpreſſionē: tunc opꝫ vt cōcauetur fouea in pariete q̄ eſt propinquus cum lōgitudine ſilis cānali recipiēs gibboſitatē cuꝫ mēſura q̄ ſit lōgitudo fouee quātitatis vni⁹ brachij: et nō ſit altior ſpōdili infirmi neqꝫ inferior ea pliꝯmuꝫ: immo opꝫ vt iā primū ſit facta. ¶ Uerū ad hanc egritudineꝫ ad quā diximus in principio vt ſit lignum poſitū prope parietem: deinde ſumatur tabula equalis menſure: ⁊ ponatur vna extremitatū eius in foueā q̄ eſt in pariete ⁊ ponatur mediū loci q̄ ꝯſequitur ex ea ſuper gibboſitatē: deinde impellatur extremitas eius alia inferius donec videas ꝙ ſpondilis iā equata eſt equatione manifeſta. ¶ Et Hyp. quidē iā dixit ꝙ concauatio ſola abſqꝫ tabula rectificat hāc rē: ⁊ dixit iterū ꝙ compreſſio cum tabula ſola facit illud. Qđ ſi illud eſt verum: tunc non eſt poſſibile vt adminiſtretur extenſio quā diximus in principio ſpeciei q̄ nominat̄ ſeparatio ſpōdiliū ad interiora abſqꝫ ꝯpreſſiōe. ¶ Et opꝫ vt poſt equationē adminiſtres tabulā de ligno cui⁹ latitudo ſit quātitas triuꝫ digitorꝫ: ⁊ ei⁹ lōgitudo quātitas q̄ ꝯprehendit gibboſitatē: ⁊ quiddam partis ſane: ⁊ inuoluātur ſup eā panni linei aut ſtuppa inciſa vt nō ſit dura: ⁊ ponatur

ſuper gibboſitatē:ꝛ ligeť cum ligamento qđ eſt neceſſariū:ꝛ adminiſtreť infirmo cibꝰſubtilis. ¶Et ſi remāſerit ſup illud reſiduū ex gibboſitate:tūc opꝫ adminiſtrare curationē q̄ fit cū medicinis q̄ mollificant ꝛ leniūt cū adminiſtratiōe tabule quā narrauimꝰ tpe longo. ¶Et q̄dā hoīes adminiſtrāt tabulaꝫ de plūbo. ¶Et ſi diſlocať ad vnū duoꝝ laterū equať cū aſtella aut aſtellis duabus ꝛ ſtringiť.

¶In facta vero ex hoc in collo ad poſteriora ꝛ eſt illa q̄ curať: opꝫ vt reſupineť infirmꝰ:deinde extendať caput eiꝰ ad ſuperiora cū facilitate:ꝛ equeť ſpōdilis eius cū compreſſione ꝛ abſterſione. ¶Et q̄n̄ equať:ponať ſup eam emplaſtrū confortatiuū:ꝛ vela ſup ipm cū pānis ꝛ ſtringe deſuper aſtellā cū menſura colli ꝛ longitudine eiꝰ:ꝛ liga eam ad caput ꝛ adiutoriū:ita vt nō cadat ligamentum ad gutturꝛ reſoluať in numero dierū ꝛ ponanť fila cū quibꝰſtrigas ſꝫ formā vittarū ex marginibꝰ pānorū:q̄n̄ illa que rotundanť ledunt.

¶De diſlocatione alboſos.i.iuncture oſſis caude. Cap.23.

Alboſos q̄n̄ diſlocať tunc illud ſcitur ſenſu. ¶Sed magnitudinē diſlocatiōis ſcies p ſenſuꝫ iterꝫ ꝙ eger nō expādit pedē neqꝫ in loco diſlocationis neqꝫ apud genu:imo eſt plicatio genu ei laborioſior. ¶Regimen vero illius eſt:q̄n̄ cum vis equare illud opꝫ vt intromittas mediū digitū in anum vſquequo opponať loco:deinde pme cū eo ad ſuperiora cū fortitudine. ¶Et obſerua cum manu tua alia locuꝫ alboſos donec eques ipm: deinde empla ipſum:ꝛ ſtringe:ꝛ eger minoret cibum ꝛ minorabiť egeſtio:et ſumat cū hoc quod leniat naturam.

¶De diſlocatione anche. Cap.24.

Ore q̄n̄qꝫ accidit ſiſe ei qđ accidit adiutorio de diſlocatione ad inferiora ſicut mollificareꝛ nō eſt poſſibile ſi diſlocať cotra vt expādať pes neqꝫ iuxta diſlocationē apud genu:immo eſt illđ magis prauū. ¶Et eiꝰ quidē diſlocatio q̄n̄qꝫ fit ad anteriora ꝛ q̄n̄qꝫ fit ad exteriora:veꝝ plurimum diſlocationis eiꝰ eſt ad exteriora: et minorať eius diſlocatio ad interiora:ꝛ diſlocať iterꝫ ad anteriora ꝛ ad poſteriora ꝛ p illas eaſdem cauſas. ¶Et q̄n̄ accidit in diſpoſitione ptus ꝛſtrictura ſup embryonē ꝙ diſlocať ille pes:tunc facit euꝫ habere crus minutum deficiēs a delatione corporis: quare debilitatur ꝛ corrumpitur.

¶De ſignis. Cap.25.

Accidit ex diſlocatione anche ad interiora vt videas pedē diſlocatū lōgiorem altero ꝛ genu eminentius:ꝛ nō pōt duplicare pedē ſuum apud inguē inflatum apatum:q̄n̄ caput coxe tā itrauit in ipm. ¶Et ſi diſlocať ad exteriora abbreuiať pes:ꝛ appet in inguine pfunditas:ꝛ accidit in eo quod opponiť ei a poſterioribus eminētia:ꝛ inflatio:ꝛ genu eſt quaſi ipꝫ ſit ſubmerſum ad interiora Et ſi diſlocatur ad interiora pes eſt longior ꝛ non eſt poſſibile infir-

mo vt expādat crus ſuū: non ſit ei poſſibile vt plicet ipſum niſi cū dolore: nō preparatur ei deambulatio penitus: ſi vult ambulare ambulet ſuper calcaneum. Et accidit ei multotiens ex hoc vt apoſtemetur inguen eius retineatur eius vrina. ¶ Et ſi diſlocatur ad poſteriora abbreuiatur peseius: ſit ſuper eum expanſio difficilis et apparet in ipſius inguine mollificatio: eſt caput coxe decliue ad obliquationem.

¶ De cura. Ca. 26.

Oportet vt ad curandum ſit feſtinatio. Nam ſi non redit velociter fortaſſe effundentur ad eā humiditates putreſient perducent ad corruptionē mēbri toti⁹: ſequitur illud de timore id quod ſcis. Regimē vero diſlocationis coxe ad inferiora eſt vt extendas pedē: deinde fac eū redire cū vehemētia poſtq̃ moueris cū dextra ſiniſtra donec opponaẜ ei ad qḋ redit: pone pedi quaſi ſtafam: ſtringe ſup crus: deinde ſtringe ſup coxā ſuper genu ſtrictura q̃ ſeruet eā: deinde ſuſpēdatur ab humero ſuſpēſione: ne ſit poſſibile cruri cū hoc vt extēdaẜ. Qn̄ vero diſlocaẜ ad interiora tūc precipitur vt flectat genua: teneat eū hō fortis ex latere emūctorij: capiat reſtaurator manu ſua caput coxe apḋ genu: trahat ipſ ad anteriora: ita vt ipellat extremitatē aliā: ipellat ipſū ipulſiōe tēdēte ad ſuperiora exteriora: ſi adiuuat eū ali⁹ ab extremitate alia ex contrario mot⁹ ei⁹: iā ligauit eā cū vitta aut cū fune erit bene: deide ligetur cū ligamēto. Verū qn̄ diſlocaẜ ad exteriora opꝫ tūc vt firmet reſtaurator extremitatē coxe: q̄ eſt apḋ genu: moueat eā ex cōtrario mot⁹ p̄dicti: ſit ali⁹ tenēs ab extremitate alia mouēs eā ex cōtrario mot⁹ primi iā ligauit vittā aut funē. Et in illa q̄ eſt ex illo ad anteriora aut poſteriora ſtringat reſtaurator radicē coxe cū ligatura lata: capiat ſup humerū ad partē q̄ opꝫ ſm̄ declinationē diſlocationis: accipiāt viri duas extremitates ligature āple: deinde extēdāt eā oēs ſimul extēſione qua ſuſpendūt infirmū in aere. Et cū huiuſmodi iteꝝ eſt poſſibile vt redeant modi predicti ad rectificationē. Et medicant eā qn̄q cū thibzen. Et modus illius eſt ſm̄ q̄ retulit de eo quidā eorū bene egit. Inquit: opꝫ vt caueas foueam longam ligno toto ſimilē aqueductibus. ⁊ non ſit longitudo fouee profunditas eius plus quātitate trium digitoꝝ: non ſit lōgitudo eorum adinuicē plus quatuor digitis: ponatur extremitas althibzen in partē illius fouee ſuſtentēt cū eo: ſit impulſio ei⁹ ad partem ad quam oportet impellere: et oportet vt ſuſtentetur in medio ligni magni aut pōdialis lignū aliquod rectū cuius longitudo ſit quantitas vnius pedis groſſitudo ei⁹ quātitas manubrij foſſorij vt qn̄ reſupinatur ſuper dorſum reuoluatur hoc lignū in eo qḋ eſt inter alabafegi caput coxe: qm̄ prohibet ſeq̄ illud qḋ extendit ipſm̄ a parte pedū: lꝫ illud iterum multotiens indigeat extenſione q̄ fit a ſuperioribus. Et cum hoc cū corpus impelliẜ ad inferiora

impellit hoc lignū caput anche ad exteriora:⁊opꝫ vt ſit manus ad
inferiora ſm modū quē diximus ante hoc precipue ex pede. ¶Qd
ſi caput coxe non ingreditur per hanc ſpeciē curationis:tunc opor
tet vt auferat lignum erectū ſubſtentatū:⁊figantur duo ligna alia
ſuper duo domicilia loci illius ligni.ſ.in oī latere eius lignū:vt ſint
ſicut poſtes porte:⁊nō ſit vnūquodq̧ eoꝝ minus pede: deinde eq̄
tet ſuper ea lignū aliud ſicut equitat lignū ſcale:vt ſit figura ſex li
gnorum ſiſis littere q̄ noīatur grece bitaneu:hec eñi figura ſit cum
ponitur lignū tertiū in medio inferius duobus extremis parūper:
deinde opꝫ vt reſupinet infirmus ſup latus ſanū ⁊extendāt coxā ſa
nam in eo qd eſt inter hos duos poſtes ſub ligno qd eſt ſiſe gradui
ſcale:⁊ponat coxa infirma ſuper hunc poſtē:vt ſit caput coxe equi
tans ſup ipſuꝫ poſtq̧ expāſi fuerint ſup poſtes pāni plicati plicatio
ne plurima:vt nō ſedat poſtis coxā:poſtea ſumat lignū aliō equa
lis latitudinis cuiꝰ lōgitudo ſit tante quantitatis q̄ ꝯprehendat ex
capite coxe vſq̧ ad locū calcanei:⁊ponat in lōgitudine ſub coxa ab
interiori parte vt retineat caput coxe ad calcaneū:⁊liget cū eo:dei
de adminiſtret in gibboſitate. Uerū ſm ꝙ diximus in eo qd ꝑceſ
ſit opꝫ tūc vt extēdat crus ad inferiora cū ligno ligato cū eo vt re
deat caput coxe ad locū ſuū cū hac extēſione vehemēti. Et eſt iterū
modus cū quo ingreditur caput coxe abſq̧ extēſione infirmi ſuper
lignū et eſt modus quē laudat Hyppo.⁊ille exiſtimat ꝙ opꝫ vt ligē
tur manus infirmi ſimul cū ligamēto lato leni ⁊ligētur pedes eius
ambo cū ligamēto lato forti leni ſup duos calcaneos:⁊ſuper duo ge
nua:⁊ſit longitudo cuiuſq̧ eoꝝ a cōpari ſuo quātitas quatuor di
gitoꝝ:vt ſit crus infirmū extēſum plus altero q̄titate duoꝝ digito
rum ⁊ſuſpēdat infirmꝰ ſup caput:⁊ſit elōgatio eiꝰ a terra quanti
tas duoꝝ cubitoꝝ:deinde currat adoleſcēs habēs experientiā pu
her cū brachijs ſuis ⁊extrahat coxā īfirmā in groſſiore loco eiꝰ vbi
eſt caput coxe iteꝝ ⁊ſuſpēdat cū infirmo ſubito:nā iūctura cum fa
ctum fuerit illō cū ea ingrediet ad locū cū quolibet ſtudio:⁊iſte qui
dem modus eſt facilior alijs:qm̄ non indiget operatione plurima.
Uerū plures medicantiū nō bn̄ opatur in eo: qm̄ ipſi ſpernūt cum
ꝓpter ſuam facilitatem. Et ſi ſit diſlocatio coxe ad exteriora:tunc
opꝫ vt extendatur infirmus ſm qd diximus cū hac ligatura q̄ eſt al
habaſegi inguinis ⁊furculā ſm qd diximus:deinde eſt neceſſarium
medicāti vt eleuet cū thibiē deforis ad interiora poſtq̧ poſuerit ex
tremitatē thibiē in aliqua parte fouee quā diximus vt ſtringat ſu
per eam:⁊ſint aliqui miniſtroꝝ ex parte coxe ſane impellētes iteruꝫ
⁊opponatur impulſio vt nō impellatur plim. Et cum diſlocatio eſt
ad anteriora:tūc opꝫ vt extendatur infirmus: deinde ponat vir for
tis radicē vole manus ſue dextre ſuper inguē īfirmi ⁊coartet ipſuꝫ
cum manu altera:⁊ipſe cū hoc ponat coartationē extenſam ad in
feriora ad partē genu. Et qn̄ diſlocatio eſt ad poſteriora: tunc non

opȝ vt extendatur infirmus ad exteriora eleuatus ſuper terrã:imo opȝ vt ſit poſitus ſup aliquid durũ:ſicut opȝ vt ſit iterũ qñ ſepara tur ancha eius ad exteriora ſicut dixi in gibboſitate:opȝ ergo vt ex tendatur infirmus ſuper lignũ aut podiale ſuper faciẽ ſuã:ꝛſint li gamẽta ſtricta non ſuper coxã:immo ſuper crus ſicut diximus nu per:ꝛopȝ iteꝝ adminiſtrare ꝯpreſſionẽ cũ tabula ꝛſup albaba ſegir locũ ad quẽ egreditur iunctura. Hic eſt ſermo noſter in ſpeciebꝰ diſ locationis q̃ accidit anche ex cã manifeſta antecedẽte illud. Ueruȝ qꝛ qñq; diſlocaẽ coxa ꝑpter multitudinẽ humiditatis accidentis ei ſicut diſlocaẽ ſpatula:opȝ tũc vt adminiſtretur cauteriũ ſicut di ximus in loco in quo diximus hoc cauterium.

¶ De diſlocatione genu. Ca.27.

Genu eſt velocis diſlocationis:fortaſſe enim diſlocatur abſq; cã preter deãbulationẽ velocẽ:aut lubricat parũ ſicut carnalis multotiẽs diſlocaẽ abſq; cauſa ꝑter ſaltũ. Et genu quidẽ diſlocaẽ ad oẽm partẽ niſi ad anteriorẽ ꝑpter rotulã ꝛadiutoriuȝ eius.

¶ De cura. Ca.28.

Sedeat infirmꝰ ſup ſedẽ ꝓpinquã terre:ꝛeleuenẽ pedes eiꝰ pa rũper:deinde extẽdat vir fortis manũ ſuã deſup ꝛde ſubtus ex tenſione forti:ꝛreducat reſtaurator iuncturam ad diſpoſitionem ſuã ẽm iudiciuȝ diſlocationis vniuerſalis:et ,liget eam.

¶ De diſlocatione arefactu ꝛeſt rotula genu. Ca.29.

Quando accidit ei diſlocatio: oportet vt pes plane ponatur in terra ꝛreducatur rotula:deinde impleatur curuatura ge niculi pãnis prohibentibus a duplicatione: ꝛponantur deſup aſſel le reſiſtẽtes ei in parte ad quã declinat. Cum ergo reſtringiturꝛad heret:non duplicetur genu cum feſtinatione ſed paulatim: donec alleuietur.

¶ De diſlocatione iuncture tali apud calcaneũ. Ca.30.

Diſlocatur calcaneus. Indiget ergo ſi diſlocaẽ extenſione for ti ꝛcuratione vehemẽti ꝛimpulſione cũ fortitudie vt redeat Deinde oportet vt dimittat deambulationẽ circiter.xl.dies vt nõ diſlocẽ ſcdo. In ſeparatione ꝟo pauca ſufficit q̃libet extẽſio:dein de reducaẽ:ꝛqñ ꝯplete diſlocaẽ:opȝ vt reducaẽ ẽm ꝙ dicũt antiqui Inquiunt. Oportet extendatur infirmus ſup dorſum ſuũ ſup terrã: ꝛab eo qḋ eſt inter coxas eius apḋ ala bauſegi ſit paxillus lõgus in trãs in ꝓfunditatem terre nõ permittẽs corpꝰ eius moueri cũ pro cedit pes eiꝰ ad inferiora:immo ꝑpȝ vt figaẽ iſte paxillꝰ anteq̃ reſu pineẽ infirmꝰ. Qḋ ſi ꝑſens tibi fuerit lignũ magnũ in cuius medio diximꝰ ẽe aliḋ lignũ fixũ: tũc oportebit vt fiat extẽſio ſup hoc lignũ Et opȝ vt ſit miniſter tenẽs coxã ꝛextendẽs eã:ꝛmiſter aliꝰ extẽdẽs pe dẽ:ãt manibꝰ ſuis ãt ligamẽto ẽȝ ꝑriũ extẽſiõis miniſtri ꝑmi ꝛ equet medicꝰ manu ſepationẽ:ꝛ teneat miniſter aliꝰ pedẽ aliũ ad infe riora. ¶ Et opȝ poſt equationẽ vt ligetur ligamẽtis fortibus ꝛva

dat cum parte ligamenti ad pectinē pedis: et cū parte eius ad calcaneum et ligetur illic. ¶ Et opꝫ vt caueatur ex eis qui ſunt ſupra talū poſterius vt non ſit ſuper eos ligatura vehemēs: et vt ꝓhibeat infirmus a deambulatione .xl. diebus. et iſti ſi conantur ambulare antē non ſanantur ſm complementum et diſſoluitur in eis membrum et corrūpitur curatio. ¶ Quod ſi ſeparatur os tali ex ſaltu: nā illud accidit multotiēs: aut accidat huic mēbro apoſtema calidū: opꝫ tūc vt preparetur hoc membrū cum reſupinatione infirmi ſuper facieꝫ ſuā et extēſione mēbri et equatione eius: et cū embrocis que ſedāt apoſtemata calida: et adminiſtratione ligamentoꝝ fortiū: et vt q̇eſcat infirmus et nō moueatur donec rectificetur membrū integre. Et ligatura quidē talis opꝫ vt ſit ad digitos et dimittatur talus apertus.

¶ De diſſlocatione oſſis pedis. Ca. 31.

Eius regimen eſt proximum regimini diſlocationis oſſis calcanei et fortaſſe ſufficit vt eques ita vt calces cū pede tuo ſuper ipſum panno exiſtente inter ea donec equetur: deinde emplaſtra et ſtringe ſm modum quem ſcis.

¶ Tractatus ſecundus de radicibus vniuerſalibus in fractura.

¶ De ſermone vniuerſali in fractura. Ca. j.

Fractura eſt ſolutio cōtinuitatis propria oſſibus. ¶ Et accidit quandoqꝫ ſparſa: et quandoqꝫ non eſt ſparſa: et qn̄qꝫ accidit equalis: et quādoqꝫ accidit ſciſſa: et equalis qn̄qꝫ accidit in latitudine: et qn̄qꝫ accidit in longitudine: et cadens in latitudine qn̄qꝫ accidit diuiſa: et quādoqꝫ accidit nō diuiſa: et cadēs in longitudine eſt diuiſio et alcaſim que nō accidit ſeparata. Et quidam nominauerunt ſpecies fracture nominibus ſuis dicētes fracturā magnā incedentē in latitudine et profunditate raphanalē et haſtalē et arūdinalē. Et dicentes incedentē in lōgitudine fracturam linealē: et dicētes incedentē in latitudine cum longitudine lunalē et neruалē. ¶ Et illam que eſt paruarū partium vuam ſaucbiem et alieruſiē cum albuberiem. Et quādo fractura cōpletur non eſt poſſibile vt remaneant duo oſſa ſm ꝙ neceſſe eſt inter ea de oppoſitione ſm prepoſitionē ꝯtinuitatis naturalis: imo ſeparantur neceſſario ab oppōne: et ſimiliter ſeparatio faciēs accidere puncturam neceſſario in eo qđ ꝯtinetur de velaminibus et carne quare accidit dolor ſequens ea: et quādo eſt equatio rotūda ſine fruſtis ꝯuertitur membrum cū facilitate. Et vt declinet fractura ad exteriora ſm ꝙ dixit Hyppo. melius ē ꝙ̄ vt declinet ad interiora: qm̄ illđ qđ occurrit ei de neruis illic eſt plus quare ledit. Et qn̄ cadit fractura apud iuncturam et reſtauratur remanet mot⁹ difficilis ꝓpter duritiē: et araſbadu qđ accidit indiget ſpatio donec dedaret: et illđ q̇

dem prauius accidit in luncturis oſſium paruoꝝ. ¶ Et de illo iteꝝ eſt vbi eſt iſctura in creatiōe ſtrictior: ſicut eſt iſctura cauille. ¶ Et fractura prauioris incarnationis et vnitiōis eſt illa que eſt ſm rotunditatē: deinde illa q̄ declinat: nō eſt adheret niſi ſuper ipſum ꝑ longetur ligatura hn̄s fabricationē mirabilē tpe longiſſimo: ꝛ ſumat ex cibis ꝛ medicinis: et ex eo qȯ mittit ſanguinē ad illā ptē ſm qȯ dicemus. ¶ Et deterior fractura oſſiū eſt ad interiora nō ad exteriora ſm ꝙ dr̄. ¶ Et qȯ dr̄ de inciſiōe medulle ꝛ interficit: eſt intētio cui nō eſt vtilitas: medulla.n. hʒ. lenitatē viſcoſitatē ꝛ nō ſcidif. ¶ Et qn̄qꝫ accidūt cū fractura accidētia: ſicut vulnera ꝛ flux⁹ ſanguinis et aṗa ꝛ attritio ei⁹ qȯ circūdat eā ex carne q̄ ſi nō ꝑparet cū ꝓbibitiōe putrefactiōis: aut ſcalpellet accidit ex eo corroſio.

¶ Et loc⁹ q̄dem fracture magnoꝝ ſcitur per dolorē ꝛ per caſum. Fracture vero pueroꝝ paruoꝝ appent ꝑ dolorē ꝛ aṗa: nā in ipſis accidūt plura iudicia reſtauratiōis: ꝛ qn̄ iſta oſſa redeūt ad ſit⁹ ſuos poſſibile eſt in infantib⁹ ꝛ q̄ ſunt eis primi vt reſtaurēt villus virtutis prime in eis. ¶ In etate vero adoleſcētie ꝛ q̄ eſt poſt ipam nō reſtauratur: imo currit ſup eā incarnatio ex materia cartilaginoſa coniungens inter duo oſſa de gn̄e ei⁹ qȯ facit currere erari⁹ de duobus plūbis ſup continuationē eris ꝛ alioꝝ ꝛ oſſa magis inobedictia ad reſtaurationē faciendā eſt adiutoriū deinde, brachiū. ¶ Amplius furcula qn̄ frangitur ad interiora praua fit ei⁹ cura. ¶ Et fractura fedior in duobus focilib⁹ eſt fractura focilis inferioris eoꝝ ſicut dictū eſt in diſlocatione. Res autem coxe ꝛ cruris eſt facilior: qm̄ reſtauratio nō ꝓhibet ea a dilatatione.

¶ Et membra quidem diuerſificantur in ſpatio reſtauratiōis: verbi gratia. qm̄ naſus reſtauratur ſm ꝙ dicitur in.x. ꝛ coſta in.xx. ꝛ vlna in eo qȯ approximat a.xxx. vſqꝫ ad.xl. ꝛ coxa in.l. ꝛ fortaſſe extenditur longe donec reſtaurat coxa vſqꝫ ad mēſes tres aut quattuor ꝛ qȯ eſt ſupra hoc. ¶ Et vt declinet mēbrum infirmatione reſtaurationis ad ventrem eius melius eſt q̄ꝫ vt declinet ad dorſum ipſi⁹: qm̄ fit declinatio eius in latere vrine. ¶ Et cauſe propter quas non reſtauratur os ſunt multitudo embrocationis aque ꝛ multitudo ſolutionis ligamentorū ꝛ ligationis eorum: aut feſtinatio in motu: aut paucitas ſanguinis abſolute: aut paucitas ſanguinis viſcoſi in corpore: ꝛ propter illud minoratur reſtauratio fracture colericorum: ꝛ conualeſcentium.

¶ Et de illis q̄ ſignificāt reſtaurationē eſt appitio ſanguinis qui videtur quaſi ipſe ſit ſuperfluitas quam expellit natura ex multitudine ſua cum ſtudio ad fracturam.

¶ De radicibus reſtauratiōis ligature. Cap. 2.

Reſtauratio baſis eſt extēſio mēbri cū quātitate q̄ opꝫ. Nā additio in ea ſpaſmat ꝛ leſionē facit: ꝛ ꝑueniūt ex ea febres: ꝛ qm̄ ꝙ accidit ex ea mollificatio: ꝛ illud quidē in corporibus humidis

eſt minoris nocumẽti ꝓpter obediẽtiã eoꝝ ad extẽſionẽ: ⁊ diminutio
eius ꝓhibet bonitatẽ ꝯſolidatiõis et ordinis: ⁊ ꝙ in diſlocatiõe et
fractura eſt equale. ¶ Quod ergo extẽditur ſꝫm modũ q̃ opꝫ: eſt vt ſit oc
cupatio cũ ꝑparatiõe duoꝝ oſſiũ ſꝫm rectitudinẽ ⁊ poſitionẽ pulnil
loꝝ ⁊ ligamẽtoꝝ ſꝫm ꝙ opꝫ: ⁊ coopire ea aſtellis ⁊ coopire aſtellas li-
gamẽtis: ⁊ opꝫ vt quieſcat mẽbrũ quãtũ eſt poſſibile niſi q̃n ſꝫm
quãtitatẽ quã tolerat cuꝫ nõ fuerit nocumẽtuꝫ ⁊ ap̃avt nõ moriat
natura mẽbri. ¶ Et opꝫ vt caueat doloratio vehemẽs apd extẽſionẽ
⁊ ſtricturã in fractura ⁊ diſlocatiõe ſimul: ⁊ ſilr illd qd accidit ex ſtri
ctura vehemẽti ⁊ tardatiõe ſolutionis: q̃m illud perducit ad hoc vt
moriat illud mẽbrũ ⁊ putrefiat: ⁊ ſit neceſſariũ abſcindere ipſm.
¶ Et intentio in primo reſtaurationis eſt vt eueniat alroſbotb i eis
q̃ non ſunt oſſa capitis: nã ſuper ea nõ oritur alroſbotb. quare opꝫ
vt ꝑpareẽ ita vt nõ eueniat ſiccũ neq; paucũ ⁊ iteꝝ groſſum plurimũ
pertranſiens menſurã. ¶ Et de ſicco eſt ꝙ magnitudo ei⁹ diuerſifi-
catur ſꝫm mẽbrum et quãtitateꝫ fracture in magnitudine ſua: aut
multitudine ipſi⁹ aut in contrariis ambaꝝ. ¶ Et tu quidẽ ſcies in
diminutionẽ qd opꝫ fieri in illo quaſi apud rememorationẽ ciboꝝ
⁊ apud rememorationẽ fracture. ¶ Et opꝫ vt cũ accidit alroſbotb
vt prohibeatur a motibus ꝯprimentibus ⁊ coitu ⁊ ira ⁊ iracundia
q̃m adurunt ſanguinẽ ⁊ fugit locũ calidũ ⁊ ſanguis q̃rit frigidum
⁊ adiuuaẽ cum emplaſtris fortib⁹ ſtipticis in quib⁹ eſt caliditas q̃
dam ⁊ glutinatio: ⁊ ponãtur in eis que ſunt ſicut nux cupreſſi ⁊ dra
gagãtũ ⁊ medicīe q̃ ſunt ad rupturã. ¶ Et q̃n accidit fracture vt nõ
reſtauretur reſtauratione de qua curetur: tunc fiat in ea quiddã ſi-
mile fricatiõi in vlcerib⁹ que non ſanantur: ⁊ eſt vt fricetur vtriſq;
manibus donec auferaẽ viſcoſitas villis debilis q̃ eſt quaſi ipſa: nõ
ſit aliquid: quare accidit vt deueẽ in locum et impellatur ad ipſum
ſanguis bon⁹ nouus ⁊ coaguletur ſup ipſm roſbotb forte. ¶ Et mul
totiens quidẽ egrediunẽ: ⁊ alteratur calor oſſis: res ſiles corticib⁹ ⁊
ſq̃mãmis ꝓpter fricationẽ: ⁊ ſup huiuſmodi nõ ponanẽ aſtelle: imo
ſi fuerit neceſſariuꝫ ſufficiat ligatura bona. Et q̃n aggregãtur fra
ctura ⁊ vulnera tunc nõ eſt poſſibile vt differatur reſtauratio vſq;
quo ſanentur vulnera: os enim induraẽ ⁊ nõ recipit reſtaurationẽ
niſi cum prauitate ⁊ extenſione vehemẽti ⁊ diſpoſitionib⁹ maximis.
¶ Et cum hoc quãdo accidunt cuꝫ vulnere dolores et apoſtemata
in quib⁹ eſt timor tunc vt torqueatur membrum melius eſt q̃ vt ac
cidat timor magnus: quare opꝫ vt in huiuſmodi fractura peruenia
tur ad vltimuꝫ in re reſtaurationis. ¶ Et q̃n eſt cum fractura at-
tritio eſt cuꝫ illo timor in corroſione mẽbri: quare opꝫ vt ſcalpelleẽ
loc⁹ ad hoc vt egrediaẽ ſanguis: q̃m i ipſo ẽ timor: ⁊ ẽ vt moriaẽ mẽ
brum: ⁊ ſi fluat ſanguis tunc opꝫ vt retineatur. ¶ Et multotiens
quidem fit neceſſarium propter timorẽ apoſtematis ⁊ nocumentũ
vulneris vt facias aliud q̃ ſit neceſſarium de curatione membri

quare flobotbomas ⁊ ſoluis ventrem ⁊ ſubtilias cibū. ¶ Et qñq; accidit ex ſtrictura pruritus: ⁊ eſt neceſſariū vt ſoluaſ: aut embroceſ mēbrū cū aqua calida donec reſoluanſ humiditates mordicatiue. ¶ Et Hyppo. q̄d ē precipit ei q̄ reſtauraſ vt ſugat aliquid de ellebro in illa hora: ⁊ fuit eiꝰ intentio vt trahanſ materie ad interiora. ⁊ Gal. prohibet hoc immo pcipit vt bibaſ agaricū. ¶ Quod ſi fuerit neceſſariū: tūc deſ aliquid de ſirupo acetoſo in quo ſit virtus acuta: ⁊ dicit ꝙ illud fuit in tēpore Hyppo. ⁊ ſuperfluitas q̄ eſt iter duo tēpora eſt mirabilis. ¶ Et cum volueris facere reſtaurationē deinde dolet ⁊ inquietat: tūc rectius eſt vt dimittas illud: ⁊ extrahe illō qō redire feciſti: fortaſſe eñi remouebis per illud infirmum a doloribus ¶ In fractura autē in lōgitudine ſufficit vt mēbrū adhereat cū ſtrictura vehemēti ⁊ vehemētiore ꝙ in aliīs in cuius conpreſſione vltimatio fiat ad interiora. ¶ In fractura autem que eſt in oſſe oportet vt duo oſſa ſtent ſecundum rectitudinem in fine qui poſſibilis eſt obſeruando illud ex parte ſitus partium ſanarum: ⁊ conſidera an ſit oppoſitio oſſis huius ad ſuum conpar oſſis alterius: deinde reſtaura: ⁊ obſerua: nā inter illud ſunt res de illis ſicut fruſta ⁊ additiones: ⁊ de illis ſunt vacuitates: verum fruſta: quoniam non decenter componūtur ſoluunt inter os ⁊ inter reſtaurationem: et quando frangitur itez et remanent inter duas ſciſſuras oſſis non permittunt vt adhereat vna earum alteri ⁊ ſeparantur: quare fit vlcus in quo ſemp aggregatur virꝰ: quare accidit inde ꝙ ipſummet putreſcit ⁊ putreſcit mēbrū. ¶ Ampliꝰ vnitio nō fit fortis. fortis eñi nō fit niſi quando deceter ꝯtinuātur fruſta et additiones in oppoſitione ſua q̄ ei opponitur: eſt ergo neceſſaria extenſio poſtꝙ fuerit verificata oppoſitio inter duo oſſa ⁊ inter additiones ⁊ meatus qui deglutiunt eas ⁊ verificata fuerit reſtauratio. ¶ Cum ergo extenderis ⁊ oppoſueris rectum eſt cum inuenis oppōnem verificatam vt mollifices extenſiones paulatim: et obſerues oppoſitionē vt declinet cum attractione ⁊ obſerues cum manu tua diſpōnem eius quod decenter componitur ⁊ ſi inueneris eminentiam aut aliud rectifica illud cum manu dein de neceſſarium eſt ligamentum conſeruans membrum ſm q̄tē ſuā nō durū: qm̄ dolere facit: valde neq; lene qm̄ dimittit ꝯſeruationē: ⁊ de rebꝰ q̄ earū eſt media eſt melior: ⁊ opz vt ſit ligamentū poſitū ad illō ad qō eſt inclinatio vehemētiꝰ. ¶ Et ſi fractura eſt ꝯpleta tunc opz vt teq̄tur eq̄tione ſtringēte eā ex oī parte. Qō ſi fractura fuerit in parte plꝰ oportebit vt ſit ſtrictura illic plus ⁊ ſi cū fractura fuerit aliq̄d ex fruſtis ⁊ oſſibus paruis tunc ſi fuerit ledens dolorem facies tunc valde ad illud cum rectificatione. Quod ſi non fuerit ledens tunc non cures de eo neque apponas manum. ¶ Quod ſi verbi gratia audita fuerit eius crepitatio tunc ſperatur quod currit ſuper eam roſboth. Cum ergo ſecurus fuerit de illo: tunc non oportet vt tardetur res eius. ¶ Et quando accidit ex fruſtis diſruptio carnis

non eſt tunc rectum occupari in dilatatione diſruptionis operatione ſtolidoꝝ: ſed eſt neceſſe vt extendantur due oſſa ad duo latera ſm vltimū finē rectitudinis ne ſit tortuoſitas in eis: q̄ſi.i. tortuoſitate tūc eſt corruptio oſſis. Cū ergo extenderis ipſū tūc redi ad fruſtū et reduc ipȝ ⁊ ſtringe illō: ſi aūt nō redit: tūc nō dilates diſruptionē: imo pſenſis vt videas mēſurā q̄ indiges: ⁊ pfora in ea ſm quātitatē q̄ ingrediatur in eā fruſtū: ⁊ cōpone ſup ipſum fruſtū cutis lenis ſup qd poſſit eſſe foramē ſpiſſum ⁊ penetret fruſtuȝ in ipm et p̄me ſuper cutem et manū cōpreſſione grauāte eas ambas et pcedet os in foramine pceſſione ad radicem ſuā: deinde ſerra cū ſerra operationis ⁊ eſt ſerra minuta ſubtilis acuta ſicut ſerra facientiū pectines. ¶ Et fortaſſe pforatur radix cuius perforatio eſt neceſſaria cuȝ tripano faciendo foramina continua accipiendo locuȝ cuius queritur fractura: et illud non eſt auferens timorem vbi eſt poſt os corpus nobile: lȝ fortaſſe ſit ſaluius ꝙ inſtrumenta mouentia motu ſuo aut ſua collectione aut inciſione ſua. ¶ Et qn̄q; ingeniat̄ vt ponat̄ tripanū ſuper latitudinem ſubſtantie nō permittentem tripanuȝ penetrare niſi ſm quantitatem adiuuantē: quare eſt minoris nocumenti ꝙ inſtrumenta mouētia: et ppter hoc opȝ vt ſint apd reſtauratores ipſorum tripanoꝝ ſpecies plures preparate. ¶ Et fortaſſe nō apparet fruſtum ſed eſt neceſſariū ad intus illud qd exiccat et retinet ipſum deinde fieri illud quod oportet. ¶ Quod ſi fuerit fruſtuȝ aut pecia oſſium ſeparatū pungens locum et dolorem faciens: tunc neceſſe eſt ſcindere ⁊ vti regimine ad extrahendū illud qd egreditur. Et multotiens oportet ſerrare illud. ¶ Et quando fuerit illud quod fractum eſt et comminutum magnum: et fuerit eius confractio et comminutio plurima tunc neceſſe erit vt extrahatur totū. Si autē fractura non fuerit cum comminutione ⁊ fuerit diſlocatio eius ſciſſura capiens locum plurimum: tunc incide infirmiorem locuȝ ⁊ dimitte reliquum quoniam non eſt nocumentum in eo: immo nocumentum in abſcindendo totum eſt magnum.

¶ De admonitione reſtauratoris. Capitulū. 3.

Neceſſe eſt vt reſtaurator conſideret inclinationem oſſis: ⁊ q̄ſi ipſe inuenit apud partem ad quam inclinatur gibboſitatem et apud partem ad quā inclinatur cōcauitatem: ⁊ plurimū quidem intelligit illud cum tactu. ¶ Et illud iterū quoniam dolor fit vehemens in parte ad quā eſt inclinatio. ¶ Et crepatio iterum ſignificat illud et ſuper illud fabricet rem ſuam. ¶ Et eſt neceſſarium reſtauratori vt extendat manum ſuā ſup locū fracture in diſpoſitiōe itineris eius ad ſuperiora ⁊ inferiora cuȝ facilitate ⁊ ſubtilitate donec ſi viderit ſeparationē aut eminentiam aut fruſtum cognoſcat ipſum vt nō liget vice altera niſi ſm qd opȝ: quoniā accidet cōfuſio aut dolor. ¶ Et nō opȝ vt confidas in equatione ſenſata per manum ante cōplementuȝ ſanitatis nā multotiēs occultat apoſtema

cõtuſiõez ⁊ torſionẽ: cũ ergo reſtaurator ꝑuenerit ad fracturã ⁊ inue
nit illõ ſi nõ exq̃ſite operatꝛ in eo deturpat mẽbrũ: ⁊ ſi exq̃ſite operatꝛ
ꝑducit ad ſpaſmum ⁊ febrẽ paruã: ergo meli⁹ eſt vt dimittat illõ ⁊ nõ
tãgat ipſum. ¶ Cũ ergo incipit peruenire ad reſtaurationẽ ꝑtis oſ
ſium ⁊ nõ penetrat opꝫ vt nõ vim faciat: ⁊ faciat ipſam ingredi cũ dif
ficultate ſꝫ oẽꝫ diſpoſitionẽ: qꝛ ingrediꝛ ſuꝑ infirmũ qõ eſt mai⁹ ꝙ̃
remanet os nõ eq̃tũ. ¶ Et ſi dolet reditio ⁊ rectificatio valde ⁊ eſt poſ
ſibile medico vt reducat illud ad diſpoſitionẽ fracture: tũc eſt delitie
infirmo ⁊ concupiſcẽtia magna. ¶ Et opꝫ vt reſtaurator feſtinet ad
reſtaurãdũ illõ qõ fractum eſt ⁊ reſtauret in die ſuo: qꝛ quãto plus
elongatur tãto eſt eius introitus difficilior: ⁊ nocumẽta in ipſo ſunt
plurima ⁊ proprie in oſſibus que circundant lacerti ⁊ neruī plures ſi
cut in coxa: ⁊ oportet vt adiuuet ad feſtinationem reſtaurationis cũ
cauſis in contrario cauſarum oppoſitaꝝ predictaꝝ: et prima eſt con
glutinatio ſanguinis viſcoſie.

¶ De preparatione reſtaurandi. Ca. 4.

Oportet vt omni mẽbro qõ tu reſtauras ſit ꝓparatio ꝯueniẽs ꝓ
hibẽs dolorẽ: ⁊ melior ꝓparatio cũ hoc eſt illa q̃ eſt ei ꝑ naturã
verbigratia vt ſit in manu ad furculã: ⁊ ſit in pede ad illõ qõ impellit
obſeruãdo ꝯſuetudinẽ in hoc: ⁊ ſicut mẽbrũ qõ opꝫ ſuſpendi oportet
vt ſuſpẽdatꝛ ſm equalitatẽ. ſimiliter mẽbrũ cui⁹ diſpoſitio ſignificat
ne ſuſpẽdatꝛ: opꝫ vt ſit ei⁹ accubitatio ⁊ ipſi⁹ loc⁹ ſuꝑ rẽ planã: vt nõ ſu
ſpendatur pars eius ⁊ reſtringatur pars eius. ¶ Et ſuſpenſio qui
dem eſt mala omni reſtaurato ſicut impulſio ad ſuperiora eſt illi cõ
ueniẽs dum ꝓhibens non prohibet. ¶ Et cum preparatio membri
ſit ita vt ſit alterius ꝙ̃ oportet aut magis infirmum: inclinat mem
brum: et contorquet ipſum ſecundum inclinationem ſuſpenſionis ⁊
preparationis.

¶ De qualitate ligamentoꝝ ⁊ aſtellarum. Ca. 5.

Oportet vt ſint pãni ligamẽtoꝝ mũdi: nã ſordidus eſt dur⁹ ⁊ fa
cit dolorẽ: ⁊ ſit ſubtilis vt penetret res ſi liniꝛ ſuꝑ ipm ⁊ ſit leuis
vt non grauet ſuper membrum infirmum. ¶ Et oportet vt ligamen
ta capiãt de loco ſano aliquid cui ſit quãtitas: illud enim eſt magis
teneus reſtauratos ꝙ̃ vt ſeparetur: et magis ſit firmum ꝙ̃uis ſit ne
ceſſarium vt non ſit ſuperfluitas in illo; quoniã faciet vt membrum
habeat meatus ſtrictos non ſuſcipientes nutrimentum. ¶ Et iterũ
illud quod admonuim⁹ de ſtrictura eſt magis exprimẽs humidita
tem effuſam ad membrum infirmuꝫ: ad illud qõ eſt longinquius cõ
expellendo: ⁊ magis prohibens illõ qõ attrahit ad ipſum: ⁊ ligamen
tum latũ ad illud eſt melius: quoniã magis facit adherere ⁊ pl⁹ dila
tãs: verũtñ qõ poſſibile eſt in oĩni mẽbro: nã illõ qõ poſſibile eſt ex hoc
in pectore nõ eſt ſicut illõ qõ poſſibile eſt in manu: ⁊ qõ nõ ẽ ex mẽbris
latũ. nã illõ qõ nõ eſt poſſibile in eo: immo qñ lata eſt vitta nõ ſit bona
ei⁹ ordinatio ſuꝑ mẽbrũ ſimile illi; immo ſit feda: quapropter opꝫ vt

ſit ɔtent⁹ de huiuſmodi illa cuius amplitudo eſt triū digitoꝝ vſq ad quattuor: ⁊ illa ſunt ſicut focile ⁊ furcula: ⁊ ſicut illis ſiſia: nā nō eſt in eis poſſibile illud: immo ſi nō ligātur cum ſubtili non eſt poſſibile: in furcula eni non ɔuenit lata. ❡Et in hmōi quidē eſt neceſſariū multiplicare inuolutiōes vt ſient loco dilatationis: ⁊ vitta q̄ inuoluitur ſufficit vt ſit latitudo eius triū digitoꝝ aut q̄tuor: ⁊ lōgitudo ipſius trium cubitoꝝ. ❡Et puluilloꝝ fortitudo quā ſit vehemēs in adiutorio ligamētoꝝ ad faciēdū adherētiā. Uerꝝ puluilloꝝ ſunt due ſpēs Una eaꝝ eſt in qua eſt intētio equare ɔcauitatē mēbri ⁊ ad hibeat ſtudiū vt nō cadat inter ea ambo foramē: ⁊ vt nō ſupponātur ſuppoſitione diuerſa ⁊ vt bucellent cū eis vlcera. ❡Et altera eſt in qua eſt intentio vt cooperiat cū ea ligamētū ⁊ eq̄t equatiōe ſcḋa vt reuoluat ligamētū: ⁊ adhereat ſꝫ eq̄litatē: q̄re nō erit loc⁹ ſtrictior loco: ⁊ mollior loco: q̄re faciūt ea adherere aſtelle adherētia bōa: pmi ḡ eoꝝ ſūt ligamēta ⁊ vitte: ⁊ ſm ſunt aſtelle: ⁊ ligamētū inferi⁹ pbibet materias: et ſm torſionē. ❡Et opꝫ vt ſint margines puluilloꝝ vbi poſſibile eſt ⁊ illa quātitas exigit vt ſit nūer⁹ puluilloꝝ. ❡Et fortaſſe eſt neceſſariuꝫ adminiſtrare puluillos duos q̄s cooperit puluill⁹ vn⁹ equās ſup eos in lōgitudine ligamēti cadētis ſup locū: ⁊ ligamētū qḋ noīatur hñs duas facies vel facies bois ⁊ hñs duo capita: eſt illḋ qḋ adminiſtrat ita vt ponat mediū pāni cū qua ɔſeruat equatio loci infirmi ſup locuꝫ ſuū ⁊ ſit illud in medio albadacati: deinde accipiat cū vnaquaq duarum medietatum ad partem diuerſam: ⁊ ſient in inuolutiōe earum cum vtriſq manibus ſimul ſm qḋ eſt famoſuꝫ: quod nō eſt nobis neceſſarium exponere.

❡De equatione ligamēti cum expoſitione ⁊ diſtinctione. Ca.6.

Oportet vt incipiatur cū ligamento a loco fracto ⁊ ab eo vbi declinat ad os ⁊ illic ſit vehemēti⁹ ſtrictum: ⁊ vbi fractura eſt vehemētior opꝫ vt ſit ligamētū forti⁹: ⁊ ad vltimū loc⁹ fracture eſt loc⁹ a q̄ eſt neceſſariū expellere materias: ⁊ eſt vt ſeruet ſup eā ſit⁹: ⁊ illḋ q̄dē ſecurat ab apoſtematiōe: immo fortaſſe reſoluit apoſtemationē ⁊ eſt cū ſecuratiōe ab apoſtematiōe ⁊ putrefactiōe oſſis. ❡Iteꝝ illḋ q̄dē non cōfert ad vir⁹ ſi generat in ipo oſſe ɔueniēs ad medullā ⁊ corrūpens medullā ⁊ os: ⁊ eſt neceſſarium vt frāgatur ⁊ ab eo diſcooperiatur ⁊ vt fiat vie ad pus ⁊ ad egrediendum. Et eſt melior locoꝝ cū defenſiōe ei⁹ qḋ venit de ei⁹ genere qui ſit licet mēbrum inferius quādoq expellat ad ſuperius ſuperfluitatem ſuā quādo ſuperius eſt debile. ❡Et non oportet vt fiat vltimatio in ſtrictura ligamentorum ⁊ aſtellaruꝫ tanta que prohibeat aduentum nutrimēti et ſanguinis: illud nāq eſt ex illis que prohibent reſtaurationem. ❡Et Hyppo. quidem adiuuāt ligamenta in eo ꝙ conatur de expulſione apoſtematis cum ceratis repercuſſiuis cum oleo omphancino et cera: et fortaſſe eſt neceſſarium ſedare apoſtema cum eis que ſunt ſicut oleum camomillinum ⁊ ſicut cum vino ſtiptico: nam ipſum reſoluit apoſtema ⁊ confor

ta t membrum. ¶ Et vbi fuerit vlcus non appropinquet ceratum: et fortaſſe eſt neceſſarium illud in quo eſt fortitudo et reſolutio ſicut oleũ ẏ maſtix et ammoniacũ. ¶ Et ad vltimũ cũ ligamẽtũ adminiſtratur ẏ fractura eſt recẽs ſiue nondũ apoſtemat: tũc opꝫ vt ſit ex lino ẏ in frigidatiuũ repercuſſiuũ: ẏ fortaſſe ſufficit vt liniat cũ aq̃ ẏ aceto: ẏ fortaſſe adminiſtratur cũ cerato ẏ ſimilib⁹ de illis q̃ narrauim⁹. ¶ Et ſi adminiſtrat poſt apoſtema tũc meli⁹ eſt vt ſit ligamẽtũ ex lana q̃ ſit infuſa in oleo reſoluẽte a ſpa ẏ liniẽte ipm: ẏ ſm oẽm diſpoſitionẽ in ligamẽto ſup qd ponit ceratũ deſubt⁹ eſt ſecuratio a ꝯmotione doloris: et ꝓprie qñ medic⁹ nõ eſt preſens. Cuꝫ ergo accidit dolor ſuccurritur cũ ſolutiõe et ligatione. ¶ Et non opꝫ vt adminiſtret ceratuꝫ: ẏ proprie qñ eſt illic vlc⁹: fortaſſe eñ attrahet ad mẽbrũ putredineꝫ: ẏ ponatur loco ei⁹ vinũ nigrũ: et plurimũ quidẽ fracture aſſociatur vlc⁹: q̃propter opꝫ vt elõget ceratũ ẏ ſit ſufficiẽtia in vino ſtiptico in quo infuſus ſit pulull⁹ lõgus: ẏ nos quidẽ ponem⁹ de ꝛepitbimatib⁹ fracture capitulũ ſingulare. ¶ Et cũ ceperis cũ ligamẽto a loco exigẽte tũc inuolue ipm inuolutiõibus q̃s addes ſm additionẽ magnitudinis fracture ẏ ptem eaꝝ ſm diminutionẽ ei⁹: et ſm a ſpa ſi fuerit apparẽs: deiñ reduc ipm ad illũ locũ: deiñ vadat vſq; ad locũ ſanum hoc ẽ ergo ligamẽtũ pmũ. ¶ Deiñ fac pñs ligamẽtũ ſcdm ẏ inuolue ipm up fracturã bis aut ter: deinde fac ipm deſcẽdere ad inferiora mollificãdo paulatim: poſtea fac eſſe preſens ligamentũ tertiũ: ẏ fac ſimiliter ad ſuperiora: et tũc facies ligamenta eſſe paria ad expellẽdũ ſuperfluitates a membro et ad rectificãdũ ipſuꝫ ſup intẽtionẽ in preparatiõe hui⁹ ligamẽti. ¶ Et nõ ſis ſuꝑfluus iteꝝ in elõgãdo ſtricturã in vtriſq; laterib⁹: qꝛ fit mẽbrũ oppilata ꝑ venaꝝ nõ ſuſcipiẽs nutrimentũ: et fortaſſe ꝯtrahit: et qñq; nõ fit ita: immo incipit cũ ligameño aſcẽdẽdo deinde ſequit cũ ligamẽto deſcẽdẽdo: deiñ cum ligamento incipiẽte ab inferiori pte ligamenti inferioris ad ſuperiorem ptem ligamenti aſcendẽtis: quaſi ipm ſit ꝯſeruãs duo ligamẽta et ponatur vehemen tior ſtrictura eius apud fracturã: ẏ intẽtio q̃deꝫ in vno duoꝝ ligamẽtoꝝ eſt cõtraria itẽtiõi in ligamẽto q̃ q̃rit attractio materie ad mẽbrũ q̃re ſtringit ſub mẽbro cũ lõgitudine ab eo ẏ nõ ceſſat mollificari inuolutio et eſt ligamẽtum diuerſificãs. Iſta ergo ſunt ligamẽta q̃ ſunt ſub aſtellis: et hec ſunt ligamenta que ſunt ſupra aſtellas. ¶ Ligamẽtũ ꝟo ſuperius opꝫ vt ſit ita vt ponat mẽbrum ſicut fruſtum vnum cui non ſit motus et prohibeat torſioneꝫ. ¶ Et cum fractura eſt in latitudine complete fit neceſſarium vt ligamentum ſit equalis commixtionis et ſtricture: et ſi fuerit plurimuꝫ fracture ad partem vnam et eſt ex fractura oportet vt ſit ſollicitudo vehementior ſuper latus in quo eſt fractura plus: et non oportet vt diuerſifices ſuper eam figuras ligamenti faciendo figurã poſt figurã: quoniã illud corrumpit illud quod cõfortauit reſtauratio. ¶ Et dolorem quidem facit incurrere ꝯtorſio que fortaſſe accidit in oꝛe et

ſtrictura ligamenti ſpaſmũs: nã ſi conſtringit facit dolorẽ: & cũ mol lificatur torquetur. ¶ Et Hyppo. q̃dẽ facit eſſe rectũ vt ſoluat liga mentũ vna die & vna die nõ: illõ eñ eſt meli⁹ vt non iraſcat infirm⁹ & nõ approximet ei cũ palpatiõe ei⁹ & ip̃ius fricatiõe ꝓpter illõ qõ neceſſa riũ eſt vt ꝑueniat ad mẽbrũ de humiditate ſubtili impediente q̃ for taſſe ꝯuertitur in virus. ¶ Et magis conueniens horarum conſuetu dinis bonitatis ligamenti et conſeruationis eius ſm conditiones ꝑdictas eſt poſt fracturã per dies viginti: naꝫ illud eſt hora inceptio nis alroſbotb rubei. deinde quãdo adheret os & non ſtringatur val de et reſpiret locus ſtrictus eius vt non coarteturꝫ ꝓhibeatur alroſ botb: aut ꝓhibeatur eius generatio cum quãtitate ſufficiente: qua re non accidet niſi ſubtile debile: niſi quãdo accidit iã alroſbotb et incipit adherere magnitudinẽ qua non indiget & tẽdit in ſupfluita tẽ. Magna de conuenientijs eius eſt ſtrictura vehemens & iterum ad miniſtratio ſtipticorum prohibentium: ip̃a enim prohibenti nutri mentum et ſtringunt alroſbotb: ergo non penetrat in ipſum nutri mentũ iterũ. Et non oportet iterum vt licentia detur & ꝑmittat vt fia ligatura in non ſua hora. ¶ De qualitate aſtellarum. Ca. 7.

Oportet vt ſit ſubſtãtia de qua fiunt aſtelle aggregãs ad duri ciẽ ſuã tenacitatẽ & lenitatẽ ſicut alcone & lignũ oleandri & lignũ granati & eius ſimilia: & opꝫ vt ſit groſſius qõ eſt in ea locus q̃ obuiet fracture duobus lateribus: nã opꝫ vt ſit groſſius aſtellaꝝ principiũ earum qõ ſequitur latus fracture aut vehementiorẽ ꝑtem fracture & ſint latera earum ſubtiliora vt ſint plenarum extremitatum ne op ponatur in eis glutinatio: immo planũ ligamenti: & ſi ponãtur aſtel le a lateribus q̃ttuor tunc eſt magis deſcendens: & non eſt malum ſi eſt ei ſuperfluitas longitudinis: qm̃ non eſt nocumentuꝫ in illo neqꝫ detrimentum in hoc ſcꝫ ſi capiunt ꝓpe iuncturã preter qõ tegat iun cturã ip̃am & lõgi⁹ lateꝝ ei⁹ ſit ad lat⁹ ad qõ eſt mot⁹ inclinatiõis mẽ bri cũ hoc. ſ. vt nõ ſit ita q̃ grauet neqꝫ p̃mat vehemẽter neqꝫ coartet & vt nõ minuãtur ab eo ligamẽta diminutiõe plurima: qm̃ fiũt aſtel le ꝯprimẽtes. ¶ Et cũ videris aliq̃d de hoc oppone cũ diminutiõe do nec inuenias eq̃litatẽ: & nõ opꝫ vt aſtelle obuiẽt loco denudato ſuper quẽ non eſt caro: immo eſt neruoſus oſſuoſus.

¶ De qualitate adminiſtrationis aſtellarum cum diſtin ctione et expoſitione. Ca. 8.

Hora q̃ exigit vt ponãtur aſtelle eſt poſt quinqꝫ dies & ſupra vſqꝫ quo fiat ſecuritas a nocumẽtis: & quãto pl⁹ magnificat timor tãto magis opꝫ vt tardetur poſitio aſtellarum: et multotiens attra hit feſtinatio in hoc nocumenta ex apoſtematibus et pruritu et veſi cis: verum cum tardãtur aſtelle: tunc oportet vt ſit illic quod ſtet lo co earum bonitate ligature cuꝫ vitta et de bonitate preparationis. Quod ſi illud nõ fuerit tunc neceſſarie ſunt aſtelle etiam in princi pio rei. ¶ Oportet ergo vt annectantur aſtellis ligamenta et pul

uilli anneriõe deſcẽdẽte equãte cooperiente decẽter ꝯponẽte quoꝫ groſſi⁹ ſit apud. fracturã ⁊ nõ fortiter ſtringat:immo addaṫ in ſtrictura paulatiꝫ cũ experiẽtia infirmi⁊cũ diſpoſitiõe ipſi⁹. ¶Et ſi fuerint ligamẽta et puluilli grauãtes eã: tũc nõ fiat.eorũ multiplicatio et de nocumẽtis eorũ qñ deſcendũt eſt ligamentũ molle. ¶Et opꝫ vt nõ ligenṫ ligamẽta ſuperiora ſup aſtellas ligatura diſſoluente eas ⁊ reuomente ipſas a decẽte ꝯpoſitione ſit⁹ earũ. ¶Et opꝫ vt ſoluantur ligamẽta neceſſitate electiõis in omnib⁹ duob⁹ dieb⁹ in pͥncipio rei: ⁊ ꝑpͥe qñ accidit prurit⁹: ⁊ tũc q̃dẽ opꝫ vt fiat illud qđ pͨipim⁹ ¶Cũ ergo ꝑtrãſit ſeptim⁹ a ſtrictura ſoluaṫ in ſpacio tardiore ⁊ in oĩb⁹ q̃tuor ⁊ q̃nqꜫ: in hac eñi hora ſit ſecuritas a pruritu ⁊ apoſtemate. ¶Et illic iteꝝ fiat mollificatio ligamẽtoꝝ paulatiꝫ vt non ꝓhibeat penetrationeꝫ nutrimẽti. ¶Et ſi fuerit tibi poſſibile vt retineas aſtellas ⁊ nõ ſoluas eas ẽt vſqꜫ ad viginti nõ erit nocibile: dein de ſolue eas. ¶Attñ qñqꜫ ſoluũtur i q̃buſdã horis nõ ꝓpter cãm apparentem: ſed ꝓpter defenſionẽ et ad videndũ illud quod accidit: et ꝯſiderare ad illud qđ diſcoopertũ eſt de carne ſi fuerit: an corruptus ſit color ei⁹ et eius diſpoſitio. ¶Et iã ſciuiſti ꝙ opꝫ vt nõ fiaṫ vltimatio cũ ſtrictura vltimatiõe ꝓhibente aduentũ nutrimẽti ad fracturam ipſa eñi non reſtaurat niſi cuꝫ ſanguine ⁊ nutrimento forti quod venit ad eam. ¶Et non ſit feſtinatio in auferendo aſtellas ⁊ proijciendo eas q̃uis credatur eſſe cohcrentia: quoniaꝫ fortaſſe accidit inde: vt ſit alroſboth non confirmatum adhuc: quare contorquetur membruꝫ: et vt remaneant aſtelle ſuper membrum: cum nõ ſunt neceſſarie eſt meli⁹ q̃ vt deponaṫ ab eo ante cũ ſunt neceſſarie non ergo feſtines: ſed tarda.

De fractura cum vulnere. Cap. 9.

Et quando aggregantur fractura et vulnus tũc reſtaurator vehementer alleuiet reſtaurationẽ: et faciat penetrare aſtellas a loco vulneris: et ponat ſuper vulnus quod oportet vt emplẽt et ꝓprie piceis. ¶Et quidam precipiunt vt incipiatur cum ſtrictura a duobus ſuper lateribus vulneris et dimittatur vulnus diſcooꝑtuꝫ Et hoc q̃dẽ eſt meli⁹ ſi vuln⁹ nõ fuerit ſup fracturã ipm: deide oꝫ vt ſit ſup ipm vel amen ita vt tegat ipm ab aere. ¶Qđ ſi fuerit ſuper fracturã tũc opꝫ vt ingenieṫ i figuratiõe ſtricture cũ ingenio ita: vt mundificetur ex omni latere: ⁊ ſeparetur parumper a vulnere ipſo cũ preparatione conueniente ad illud ⁊ infundantur puluilli in vino nigro ſtiptico. ¶Et hoc ingenium eſt vt ponatur extremitas ligamẽti ſup labiũ vulneris: deide torq̃aṫ retro ⁊ firmeṫ cũ ligamẽto alio ⁊ ponaṫ ſup labiũ aliđ iferi⁹: deide ordineṫ reliquũ ligamẽtũ ſm ꝙ opꝫ: deide torq̃aṫ ita vt remaneat vuln⁹ ipꝫ apertũ: ⁊ qđ ẽ ꝑter ipſuꝫ ſit firmũ ex eo ita ꝙ iã aſcẽdit ligamẽtũ ⁊ deſcẽdit ligamẽtũ ⁊ cadat ſuper fracturam ſtrictura vehemens: ⁊ remaneat vulnus apertum vt diſcooperiat ipſum propter illud. ¶Et oportet vt ponat ſuper aſtellas foramen econtrario illius: vt perueniat ſuperfluitas medi

cine vulneris ad illud Si poſuerit ſup̄ aſtellas foramen oppoſitū il li vt ꝑueniat bonitas medicine ad vuln⁹. Et ſit poſibilis egreſſio vi rus ab eo: ⁊ ſit ita vt poſſit tegere ſup̄ ea vtraq̄ ſimul: q̄uis dimit⸗ tere vuln⁹ diſcoopertū ſit malū ⁊ ꝓprie in frigore: imo op3 vt nō ſit coartatū tn̄: ⁊ vt cuſtodiat̄ in nocte. ¶ Q̄ð ſi vuln⁹ ſanatur admini ſtrent̄ aſtelle ſi iā eſt ꝯglutinatū: ⁊ firma aſtellaꝫ illi loco ſi ille locus fuerit declinat⁹ ab eo. ¶ Et cū voluntas fuerit ſoluere illð qð tegit vuln⁹ ⁊ mane ⁊ veſpere ē magis poſſibile ꝓpter curationē ei⁹ ꝓpriū ⁊ nō fit ex eo ꝯtrarietas in ligamēto reſtaurationis fracture oīno. ¶ Inq̄t hyppo. Op3 vt liget̄ vuln⁹ ex medio ligamēti ſi fuerit recēs ⁊ ſi eſt āntiquū ⁊ fecit p⁹ poſt maturitatē tūc liget̄ ex ſuperiori ei⁹ vſq̄ q̄ ꝯſequat̄ mediū ei⁹. ¶ Et de illo qð eſt bonū eſt vt ponat̄ illð qð ſeq̄⸗ tur vuln⁹ ex ligamētis ⁊ ꝓprie ſuperi⁹ ſtrict⁹ vt ſit poſſibilitas cur⸗ rēdi: verū ei⁹ ſtrictura ſit ſ3 tolerātiā: ⁊ quanto magis elōgat̄ a vul nere ponat̄ leui⁹: ⁊ qn̄ eſt vulneri ꝓfunditas vehemens ſtringatur ſup̄ locū ꝓfunditatis ligatura ligamēti: ⁊ ſi cōuenit ſtrictura liga⸗ mēti loco reſtaurationis: tunc iam peruenit intentio ⁊ ſi non: incipe velare vuln⁹ cum eo qð dixim⁹: ⁊ cum peruenitur ad fracturam ite⸗ rum ponat̄ ligamētū ſtricti⁹: ⁊ op3 vt ponat̄ p̄paratio mēbri ita vt facilis fiat curſus pus ſi aggreget̄ in vulnere. ¶ Et op3 in eſtate vt īfrigidētur ligamēta ꝯtinētia vuln⁹ ēt vt ſit adiutoriū ad ꝓhibēdū aꝑa. ¶ Et nō oportet vt approꝑinquet loco ceratū ⁊ ⁊ ꝓꝑe ī eſtate: qm̄ fortaſſe putrefiet mēbrū: imo ſi neceſſaria ē repercuſſio tūc fiat cū vino ſtiptico ſm̄ qð p̄terijt a nobis ei⁹ declaratio. ¶ Et cū fracture ē attritio ⁊ timet̄ mors mēbri tūc ſcalpellet̄. ¶ Et ſcias oīno ꝙ qn̄ vuln⁹ ligat̄ ſ3 ꝙ ꝯuenit expellit ligamētū dſcēſiðis: ⁊ ſi errat̄ ī ligamē to aꝑat ⁊ ꝓprie qn̄ mollificat̄ ſup̄ locū vulneris ⁊ ſtrīgit̄ ſup̄ illð qð ē poſt ip̄3. ¶ Et ſi nō fuerit ei dtectio nō curret ab eo vir⁹ neq3 ꝑueniet ad ip̄m medicamē: ⁊ ſi dimittit̄ diſcoꝑtū putrefit ⁊ īfrigidat̄ ⁊ acci dit mors mēbri ⁊ ꝑducit ad dolores ⁊ febres: q̄re neceſſariū ē medico vt faciat aliq̄d inter h̄ ⁊ h̄: ⁊ ꝯſideret illð qð accidit ⁊ ſuccurat ei an̄ q̄ꝫ ꝯfirmet̄.

¶ De fractura male reſtaurata. Cap. 10.

Quandoq3 fractura eſt reſtaurata nō ſm̄ qð o3 ⁊ ē neceſſariu3 vt iteret̄ eius fractura: q̄re o3 vt reſtaurator ſciat diſpōnem alroſboth q̄ reſtaurauit os. Q̄ð ſi fuerit magn⁹ fortis nō vadat ad frāgēdū ip̄m ſcðo. fortaſſe em̄ nō erit poſſibile vt frāgat̄ ex loco fra⸗ cture prime ꝓpter fortitudinē alroſboth: q̄re frāget̄ in alia parte loci. ¶ Q̄ð ſi non inuenit̄ excuſatio tūc o3 vt p̄cedat ⁊ leniat donec mollificet̄ alroſboth. ¶ Et mollificātia ip̄m ſunt medicine p̄dicte ī ca. duritiez illic: ſicut cutis alleliati ⁊ dactili ⁊ ſicut ſpēs fecū oleoꝝ ⁊ alleile ⁊ medulle oſſiū ⁊ medulle granoꝝ cot ri ⁊ eis ſilia: deinde frā gat̄: ⁊ o3 vt aſſiduet̄ cū hoc embrocatio cū aq̄ calida ⁊ introit⁹ tine in die mltotiēs. Q̄ð ſi nō p̄ceſſerit illð ⁊ expimētū ⁊ motio ſignauerit firmitudinē vehemētē: tūc oportebit vt ſecet̄ caro: ita vt ſit poſſibile

Eſt etiam facienda in volatilib⁹ vlceribus pulmonis et oris ⁊ raſuris ⁊ ex coꝛiationibus. 81.
Et fiat in paſſione inteſtinoꝛũ: cũ tñ ꝯſtabit de notitia ipſoꝛũ: ⁊ cum erit in eis carnis augmentum innaturale. 82.
Eſt etiam facienda in variola vbicunq̧ fiat ⁊ ſcabie humida: poſtꝙ fuerit notum ⁊ manifeſtũ ſicut in variola oris ⁊ oculoꝛũ: ⁊ ſiue in variola in hypocundrijs generata. 83.
Eſt ergo facienda in repletione venarum ⁊ egreſſu ſãguinis ab eis ſicut in fluxu ſanguinis narium: ⁊ in manante a dentibus ⁊ gingiuis: ⁊ etiam in egrediente ab auribus ⁊ ab oꝛe matricis ⁊ emoꝛroydibus ani ⁊ menſtruoꝛum ⁊ in ſanie rubicunda. 84.
Fiat etiam in doloꝛe capitis vertigine ⁊ fetoꝛe oris: necnon in doloꝛe dentium ⁊ caſu capilloꝛum ſeu allopitia. 85
Eſt etiam in membri diſſolutione et ſpermatis egreſſu vel expulſione ⁊ doloꝛe artuum et reumate. 86.
Competit etiam in epilepſia ⁊ in zebeliyngue ⁊ moꝛo: necnon etiaꝫ in caſu ⁊ ablatione appetitus. 87.
Et etiam vena eſt incidenda in paſſionibus ani ⁊ ſedis ancharum ſciatica ⁊ doloꝛe ſtomachi. 88.
Sic etiã in doloꝛe epatis pungitiuo ⁊ in oppilatiõib⁹ ei⁹. 89.
Intendatur ergo cum regimine ⁊ cura boꝛũ moꝛboꝛum ſicut in cura ⁊ regione ſinochi cum eductione colere rubee: poſt flobthomiã ⁊ vſum ciboꝛuꝫ infrigidantium ⁊ fuga calefacientium: ⁊ quod ſanguinem auget ⁊ magnificat: ⁊ quod eis affertur declinet ad ſtipticitatem: ⁊ pꝛopinentur eis acetoſa. 90.
Sumanť aũt ſigna ſup hanc paſſionẽ ſignificantia ex capitulo ſanguinis dominiũ ſignificãtũ. Et in ſumma declinare ad ifrigidationẽ ⁊ exiccationem eſt actus medici expediti ⁊ ingenioſi. 91.
Moꝛbi q̄ ex colera rubea generantur ſunt ſicut vlcera ĩ lubꝛicitate inteſtinoꝛuꝫ ꝯtingentia ⁊ permixtio rationis ſuffocatio matricis tertiana ſciatica ⁊ fluxus ſanguinis per ſeceſſum. 92.
De tertiana iam fecimus mentionem in his que pꝛeceſſerunt. Et in ſumma febꝛis eſt calor extraneus per totum coꝛpus diſperſus nocens operationibus ſuis. 93.
Et tuſſis ⁊ doloꝛ capitis ⁊ apoſtema quod ſecundum latum ⁊ longum in coꝛpoꝛe diſpergitur. 94.
Et foꝛtis ⁊ acut⁹ doloꝛ auriũ: ⁊ multitudo ſcabiei palpebꝛarũ. 95.
Et vlcera ⁊ apoſtemata in iuncturis ⁊ doloꝛ pungitiuus ⁊ moꝛdicatiuus in eiſdem: fiſſura digitoꝛum et panaricum vnguium: ⁊ macule apparentes in coꝛpoꝛe lentibus ſimiles: ⁊ moꝛbus cum citrinitate dentium ⁊ veſice doloꝛ foꝛtis. 96.
Et amoꝛ hereos ⁊ fluxus ſanguinis ⁊ apoſtema exiſtens in extremitate oculi ⁊ citrinitas cutis variola. 97.

Et macule ſubtiles ⁊ nigre et opilatioues epatis et apoſtema matricis et pleureſis et caſus et ablatio appetitus. 98.
Et vertigo et fiſſura labiorum et dolor vene ⁊ fortis fluxus ventris. 99
Et vlcus qđ dilataṫ ⁊ dubaılet ⁊ tumor exiſtens in ano. 100.
Et pruritus et variola aut formica: et heriſipila et pulmonis vlcera. 101.
In cura q̄de horum eſt ſicut in cura febris tertiane procedendum. Educaṫ ergo colera abſq; flobothomia. Et attendaṫ ad infrigidationē ipſorū ſicut in morbis ſanguineis. Nexmorbi colerici ſpecialiter humectenṫ. Nam predicti ambo morbi vinuocantur ⁊ cōueniunt in caliditate: necnon etiam in omni eo quod per eam infertur patientibus nocumentum. Sumantur aūt ſigna ſuper hos morbos ſignificantia ſignorum dominiū colere ſignificantium. 102
Omnis quidem morbus ex humore flegmatico generatus eſt apoſtema tumidum et laxum paralyſis et relaxatio dolor capitis de frigida et epilepſia. 103.
Et ſicut ſcabies magna ⁊ groſſa ipſius conſtipatio ⁊ retentio et tumores colli.i.glandule: ⁊ ſquame capitis ⁊ obliuio ⁊ dolor aurium de frigida et horat et macula alba ſeu morphea et apſtica tuſſis ſicca et tortura oris. 104.
Et ſicut elephātia pedū caſus appetitus ⁊ pediculi et tumor ani et anchar ū ⁊ aqua oculorum et ipſorum dilatatio et fetor ł aſcellarū. 105.
Ex paſſionibus vētris ſicut lubricitas inteſtinorum ⁊ ł vermes. 106.
Vermes etiam ex humore flegmatico generantur ⁊ difficultas partus et ſecundine et retentio in eodem. 107.
Et dolor renū ⁊ febris quotidiana ⁊ frigiditas ſplenis ⁊ epatis et egreſſus ſeu eminētia vmbilici ⁊ paſſio cum egeſtione laniei. 108.
Et dolor artuum et nigredo corporis ⁊ viror cutis ⁊ ſuperficiei aut ipſius fuſcedo et morbus hidropicus ſicut vterina carnoſa ⁊ tympanites. 109.
Procedendū eſt in cura huius ſpeciei ſicut proceditur in cura complexionis frigide ⁊ humide. Super cuius conplexione vtendū eſt ſignis poſitis in capitulo de ſignis dominium humoris flegmatici ſignificantibus. Eſtq; vtendū in euacuatiōe horum morborum eo qđ retulimus in cura per quā euacuaṫ flegmaticus humor. Eſtq; cōſequenter vtēdū in his corporibus his q̄ corpus calefaciūt ⁊ exiccant ⁊ cibo calido ⁊ ſubtili. Et in ſumma curenṫ calefaciētibus interius ⁊ exterius ſicut fit in paraliſi cū pillulis fetidis ⁊ ſimilibus eductis. 110.
Omnis morbus ex colera ni. generatus in corpore eſt ſicut verruca ⁊ febris quartana emorroyde epilepſia polipus ⁊ ſpaſmus. 111.
Et dolor ventris et cancer ⁊ morphea et dolor capitis et vigiliarū inſtantia. 112.
Et apa durum ⁊ lepra et quod ex cibo in corporibus corrumpitur et tuſſis ſicca ⁊ ſplenis durities et ventoſitas. 113.

Et melancolica paſſio in capite et retētio vrine in ea. 114.
Et paſſio colica allopitia et morſus canis rabidi. 115.
Ut ficus et lac coagulatū in corpore et algor epatis. 116.
Et caninꝰ appetitꝰ et rimulatio ſeu ruptura in anchis facta: et lapis factꝰ in renibꝰ et veſica: et tumor anchar dolorosus et tumor i duobꝰ laterībꝰ ſeu hyppocūdrijs factꝰ: necnō etiā tumor in capite auribus palpebris et pedibus generatus. 117.
Procedat in hac ſpecie morborū ſm qđ pcedit in cura et regimīe lepre. Accipiātur qꝫ ſigna ſup ipam ex caplo ſignorū dn̄ium melācolie ſignificātiū. Euacuenť ergo cū epithimo vel polipodio et cū alijsq̄ retuli. Si aūt vtatur ḋs calefaciētibꝰ et humectātibus pſperabunt ipſius opera in eiſdem. 118.
Oſtēſo iā pfecti pmū regimē curatiōis: incipiā nūc in operatiōe manuali. Et q̄ faciā pmū regimē in venis magnis et paruis. Et ſcđm faciā in carne. Et tertiū in oſſe. 1.
Et gn̄e venarū ſunt q̄dā quas apimus et q̄dā quas ligamꝰ. et in pte ſcindimus et ſequeſtramus. 2.
Eſt aūt mediana aperiēda in omni morbo capitis et pectoris ſicut in apoſtemate ipſius. 3.
Et cephalica ſuperior aperiēda eſt in forti dolore capitis et fluxu ſanguinis narium. 4.
Et inferior in medicatione nocumentorum pectori et pulmoni contingentium. 5.
Et q̄ dicunť almerina ab arabibꝰ i malitia morborū ſplenis et epatis. 6.
Et in abſentia baſilice debet funis brachij aperiri. 7.
Uene quoqꝫ tympanorū ſunt incōtinuo dolorū ipſorū aperiēde. 8.
Et exiſtēs poſt aures in emigranea et antiquo vlcere capitis. 9.
Sed que ſunt in ambabus oculorum extremitatibus in morbis eorum aperiantur. 10.
Et minuatur exiſtēs in ſupremo capitis in vlceribꝰ et apoſtematibus ſeu puſtulis in ſupficie et cute eius generatis. Uene aūt colli ſunt in lepra aperiende. 11.
Et vena frōtis eſt aperiēda in paſſiōibus oculi: et in ɔtinuo dolore capitis: et tinea. Aperiať ēt i pte poſteriori exiſtēs in ɔtinuo dolore capitis: et exiſtēs inter nares meatꝰ naſi ratiōe puſtule ſeu variole faciei: exiſtens ſub lingua in ſquinantia. 12.
Et aperiať vena cauille in morbis inteſtinorū ſub vmbilico exiſtētiū. Et ſaphena exiſtēs in tibijs in morbo crurium. 13.
Et minuať ſciatica in ſciatica: et vena pedis in accidētibus eius. 14.
Uene quoqꝫ pulſatiles ſunt in dolore capitis incidēde et ſequeſtrāde et in dolore oculi cū etiā tumuerit ex violētia morbi ex fluxu et deſcenſu aque ad locum. 15.
Cū etiā gn̄abiť apa: ex apertiōe eius ipſius pter qꝫ fluat ſanguis ex ipſiꝰ ſuperficie incidemꝰ et ſequeſtrabimꝰ eā vel canterizabimus

ipſam: aut ſi q̄s maluerit minuat aut oīno abſcindat: ⁊ ſiſtat fluxus ſanguinis ab ea cū ligatura vel cauterio: deīde cūret cū medicinis quib⁹ vulnera curātur: donec ſanitati fuerit reſtitutus. 16.

Ex opibus aūt in carne faciēda ſunt ſcarificatio inciſio ⁊ cauterizatio. Sūt ex ſcarificatiōib⁹ q̄dā qb⁹ fluit ſanguis a ſupficie cū vētoſis: ⁊ hoc corporibus patiētibus vlcera ⁊ variolas. 17.

Ponim⁹ aūt vētoſas ſine ſcarificatiōe in eo in q̄ intēdim⁹ ſolū euulſionem ⁊ diuerſionem materie. 18.

Et interdū cōiūgimus eas vacuas: ⁊ interdū cū toto ⁊ ēte ad cōſumēdum illius loci vētoſitates ⁊ ad rectificādum mēbrorum malitiam cum caliditate. 19.

Quod ſcinditur eſt ſicut daui ⁊ altezar. 20.

Et omne qd̄ ſupfluit ⁊ putrefit in extremitatibus· ſicut baſbeia naſi ⁊ digitus ſupfluus aut inſeparabilis coniunctus: ⁊ coniunctio palpebrarum. 21.

Et vuea eminēs: ⁊ preputiū claudēs cannalem virge. 22.

Et caro in vlcere innaturaliter aucta ⁊ putrefacta: ⁊ vlcus ex contuſione putrefactum. 23.

Eſt etiā abſcindendū quod innaturaliter augetur in lingua: ⁊ quod cadet in auribus. 24.

Eſt etiā caro incidēda ſup vitiū in mēbro fixū ⁊ pfundatū: ſpinā aut feſtucā vt inde p̄dicta extrahant; mām e ēt boim abſcindant ⁊ varices in tibijs apparentes. 25.

Et boaiſſar ⁊ nouaiſſar. 26.

Et q̄ fuerit iā denigratū ex pinguedine aut putrefactū ex carne. 27.

Et etiā omne illud de quo elongat vulua. Et omne quod augetur ſuper gingiuas. 28.

Abſcindatur ēt caro vene madan. Et omne quod nobis aures claudit et obturat. 29.

Et oē qd̄ exiſtit ſup viſum ⁊ velat ipm. Et qd̄ denigrat in nobis ex putrefactio. Et qd̄ claudit anū: ⁊ tuſſea: ⁊ ſatera: et tuffra: et nō habēs ſexū manifeſtum: et ruptura vmbilici. 30.

Et vuln⁹ qd̄ ꝯtingit ex oī eo qd̄ ſcindit vniuerſaliter: cura cū ſutura. Et omne membrum vulneratum conſolidando. 31.

Omne corp⁹ cauterizat ad ſiſtēdū emorroſagiā ſanguis a vena pulſatili aut aptiōe vene magne fatigāte medicum in ſiſtendo fluxus ſanguinis ab ea. 32.

Fit ēt in corporib⁹ humidis ad exiccādū ea ⁊ in carnib⁹ laxis ad indurādū eas ⁊ ad calefaciendū corpa infrigidata: necnō ad tollendum humiditates egredientes a natura. 33.

Utimur quacūq pforatiōe ad extrahēdū humiditatē nociuā ſicut ſaniē quā ſic extrahim⁹ ab apoſtemate: ⁊ ſāguinē alicubi corruptū ⁊ aquā ab oculo vel grādinē: ⁊ aquā a capite: ⁊ nondū. 34.

⁊ ſicut in hydrope. ⁊ hernia aquoſa ⁊ carnoſa. 35.

Quicquid fit per operationē in oſſe eſt ſicut in fractura aut diſloca tiōe ipſi⁹. Curabim⁹ aūt quācūq; fracturā cū ɔſolidatiōe ipſi⁹ re ductiōe ipſi⁹ fracture in oſſe donec inde ad ꝓpriū ſitū reducat: et ablatione cuiuſcunq; pūgentis et mordicantis ipſum: et ligatu ra manu facta que nec laborē neq; moleſtiā inferat. ſ. nō min⁹ for ti aut debili. Jncboetur autē faſciatio in medio ipſius ꝛ fortificet ſtrictura ſuper amplius et ligetur: et ſuperaddantur puluilli ꝛ de ſuper aſtelle coniunctim. 36.

Subtiliabim⁹ quoq; dietā eius a ꝑncipio et in fine ingroſſabim⁹ eā quatenus bene reſtauretur. 37.

Eſt autē cauendū a ꝑncipio ne apoſtema calidū generet diuertēdo ꝛ attrahēdo ad locū fracture qđ infunditur ex ſanguine toto poſſe: et prohibēdo fluxū eius cū oī frigido cōpetēti: et prohibēdo donec curatus fuerit motū patienti. Cura enim eius ſine longa quiete non perficitur. 38.

Cura aūt diſlocatiōis eſt cū eo qđ trahit ipſū os diſlocatū donec ip ſum ad locū proprium redire faciat. 39.

Poſtq̄ aūt reductū fuerit ſic ligetur ſtricte ꝛ ſtet ſic quāto tp̄e dice mus. Et veſcat ſtipticis medicinis. Et comedat patiēs cibos ace toſos: donec fuerit ſecurus ab apoſtemate: nec timeatur de colle ctione ſanguinis. Cōtinuetur aūt cura iſta ad min⁹ ꝑ mēſem vnū et interdū amplius ꝑ. x. dies. Jā ego, perfeci curam omnium mor borum. Et ex nunc abſcindam ſermonem meum ex quo iam perfe ci librum iſtum. 40.

Jncipit tabula Tractat⁹ Noni Almāſoris: nonagintaquinq; continens capitula.

1 De cephalea et emigranea.
2 De ſcotbomia.
3 De frenesi.
4 De apoplexia.
5 De graui dormitatione.
6 De ſtupidis qui ſemper babent oculos apertos.
7 De paraliſi graui.
8 De ſtupore ꝛ tremore.
9 De tortura oris.
10 De ſpaſmo.
11 De epilepſia.
12 De incubo.
13 De melancolia.
14 De catbarro.
15 De oculorum obtalmia.
16 De vulneribus que fiunt in oculis.
17 De bis que extrinſecus cadunt in oculos.

18 De macula oculorum.
19 De ſcabie ⁊ ſebel.
20 De pruritu qui fit in interiore angulo oculi.
21 De vngula oculi.
22 De rubedine oculorum.
23 De lachrymis.
24 De debilitate viſus.
25 De tremore palpebrarum.
26 De pilis palpebrarū qui curuati ingrediuntur oculum.
27 De aqua deſcendente in oculum.
28 De his qui poſt occaſum ſolis nihil vident.
29 De dilatatione pupille.
30 De fiſtulis que fiunt in interioribus angulis oculorum.
31 De dolore auris.
32 De vulnere auris.
33 De ſonitu ⁊ tinnitu aurium
34 De grauedine auditus.
35 De vermibus auriū vel aīalibus intrantibus aurem.
36 De his que in aurem extrinſecus cadunt: vel que eam impe-
diunt.
37 De ſanguine fluente ex naribus.
38 De vulneribus que fiunt in interioribus partib⁹ narium.
39 De polipo narium ⁊ emorroydibus ipſarum.
40 De amiſſione olfactus.
41 De dolore dentium.
42 De extractione dentiū ⁊ ipſorum confractione.
43 De ſtupore dentium.
44 De dolore dentis ex tactu rei frigide.
45 De cola.
46 De fluxu ſanguinis ex gingiuis.
47 De caſu vuule.
48 De ſanguiſugis que bibuntur.
49 De his que intrant gulam.
50 De grauedine lingue.
51 De magnitudine lingue.
52 De nodo q̄ ſub lingua naſcitur ⁊ vocatur ranula.
53 De apoſtematibus que fiunt in lingua.
54 De ſinantia.
55 De tuſſi.
56 De aſmate.
57 De pleureſi.
58 De peripleumonia.
59 De ſputo ſanguinis cum tuſſi vel vomitu vel raſcatione.
60 De ptiſi.

61 De pulſu cordis.
62 De colica paſſione.
63 De confortantibus ſtomachum.
64 De doloribus ⁊ naſcentijs ſtomachi.
65 De ſingultu.
66 De canino appetitu.
67 De dolore epatis.
68 De hycteritia.
69 De hydropiſi.
70 De dolore ſplenis.
71 De colica.
72 De fluxu ventris.
73 De difficultate mingendi.
74 De lapide.
75 De naſcentijs renum vel veſice.
76 De ardore qui fit in mictu.
77 De mictu ſanguinis vel puris.
78 De his qui non poſſunt retinere vrinam.
79 De lumbricis ⁊ vermibus qui naſcuntur in ventre et ano.
80 De emoroydibus et fiſtulis et ragadijs que fiunt in ano.
81 De exitu matricis ⁊ ani.
82 De conſtrictione menſtruorum.
83 De prouocatione menſtruorum.
84 De fiſſuris que fiunt in matrice.
85 De plaga et cancro que fiunt in matrice.
86 De naſcentijs que fiunt in matrice vel vulua.
87 De prouocatione matricis.
88 De mola.
89 De ruptura inguinis.
90 De podagra et ſciatica.
91 De gibboſitate.
92 De varicibus.
93 De elephantia.
94 De vulneribus lumborum.
95 De doloribus exteriorum menbrorum.

¶ Finis tabule tractat⁹ noni Almanſoris.

¶ Incipit tractatus nonus Almanſoris.

¶ De cephalica et emigranea. Cap. primum.

Quando rubedo ⁊ tēſio ⁊ grauedo in facie ⁊ ocu
lis cū iſtis affuerint: ⁊ tactꝰ calidꝰ ſentit: ⁊ pulſꝰ
fuerit magnꝰ: ex cephalica minutio facienda eſt
in partem qua eſt dolor: vel in qua dolor magis
infeſtat. ¶ Deinde aqua ro. ⁊ et oleum ro. ⁊ ace
tum ſumantur ⁊ ſilr mixta agitentur donec in-
ſpiſſentur: ⁊ ſuper niuem infrigidata ſuper ca-
put fundantur. ¶ Eger vero a carne abſtineat
⁊ vino: ⁊ comedat adeſſiam citrinam ⁊ tapſil ⁊ olera frigida ac fru-
ctus frigidos. ¶ Uenter aūt ſoluatur ex mirabolanis citrinis ⁊ pru
nis ac tamarindis ⁊ zuccaro albiſſimo: ꝙ ſi iſta nō ſufficiūt ſemina
maluauiſci in aceto poſita agitentur: quouſ ad ſpiſſitudinē per-
ueniāt: ex quibus emplm capiti ſupponatur: ex pſilio quoq ⁊ aceto
emplz fieri vtile ē. Si aūt cū iſtis fuerit in pulſu velocitas ⁊ in tactu
ſentit caliditas: ſz neq in facie: neq in oculis fuerit rubedo neq tē
ſio: in pncipio ſoluat vēter: deīn fiāt ea q̄ diximꝰ. Naribꝰ aūt iniicia
tur oleum viol. aut oleū cucurbite dulcis: aut nenufaris oleum: aut
oleū de floribꝰ ſalicis: quoꝝ qōlibz ſuper niuē infrigidatū: capiti
ſupfundat: et nutriat vt pdiximꝰ. Eger quoq odoret cāphoram et
aquā ro. ⁊ ſalices ⁊ violas ⁊ iis ſilia. ¶ Qđ ſi egritudo multū inuale
ſcat: ſumat opii ⁊ cāphore vniuſcuiuſ q̄tū pōderāt duo grana or
dei: q̄ diſſoluta in oleo de ſalicibꝰ mittant in nares ⁊ aures. ¶ Qđ
ſi cū ſoda nō fuerit aliqđ eorū q̄ diximꝰ de rubedie in facie: fueritq
egritudo antiqua: in prinncipio vēter cum pillulis cocbiis ſoluatur
quas ego feci. ¶ Pillule cocbie. ℞. pulueris pigre. ʒ. 2. colloquinti-
de. ʒ. iii. ⁊ tertiam: ſcamonee. ʒ. ii. ⁊. 5. turbith ſticados. an̄. ʒ. v. fiant
pillule ex iſtis: ⁊ ſunt doſes. x. ¶ Poſtq̄ vo vēter ſolutus fuerit: infū
dat caput ex oleo ſābacino ⁊ oleo de ben: ⁊ mittat in aures. ¶ Eger
quoq odoret algariā ⁊ inſufflet muſcus in naribꝰ. ¶ Qđ ſi egritu-
do multū infeſtauerit: ſumat euforbii ⁊ caſtorei amborū. an̄. ſexta
ps. ʒ. I. et diſſoluta in pauco oleo ſambacino mittantur in nares et
aures. ¶ In cephalea vero calida emplaſtrum hoc fronti et tēpori
bus eſt imponēdū. Emplm in cephalea calida. ℞. ſemis lactucarū
ſief memithe ſandalū rubeū ⁊ albū faufel roſas opiū: fiat ex eis em-
plm poſtq̄ aceto et aq̄ ro. ꝯſperſa fuerint: ⁊ frōti inponatur: ſup qđ
mittatur pannus aceto ⁊ aqua ro. infuſus. Qui cū tepefactꝰ fuerit
iterū infundatur ⁊ deſuper ponatur. ¶ Linimentum vero cephalee
frigide. ℞. caſtoreū euforbiū pip ſinapis ſtoracē rut bā marrubiū: q̄
ſiccata et puluerizata ⁊ ēt triconizata miſceāt et ꝯſpergant vino ve
teri ex qbꝰ fiāt trociſci et deſiccent. Cūq neceſſe fuerit ex vino irino
veteri: aut oleo coſtino vel camomillino diſſoluto: frons multotiēs
liniatur. Hoc enim liniimentum omni antique cephalee confert nō
ſolum ſuppoſitum: ſz etiā auri iniectū q̄ ſeqtur illo tēpꝰ poſtq̄ l aliq̄
de pdictis oleis reſolutū fuerit. Egro vo vinū vetꝰ ⁊ forte dādū eſt.

¶ Cum autē cephalea per hebdomadam vnā perſeuerauerit: eger in balneum mittendus eſt: atq; ſuper caput ipſi⁹ aqua in qua camomilla ⁊ ſanſuccus ⁊ ſticados a rabicus ⁊ nemen cocta fuerint ſimul aut ſigillatim infundēda eſt. ¶ Qđ ſi cephalea quotidie añ comeſtionē inuadat ⁊ poſt comeſtionē recedat: ſuccurrendum eſt infirmo ante horam qua venire conſueuit dando ei buccellas panis in ſucco granati: aut vue acerbe: aut horum ſimilium infuſas.

¶ Si autem cephalea contingat propter multam in ſole morā ſufficiēter ex oleo ro. ⁊ aceto infrigidatis curari poterit: q̄ tñ ſi ex hoc nō quieuerit: ex aliis infrigidātib⁹ curāda erit. ¶ Si aūt ſoda adhuc pſeuerauerit ⁊ fortior fiat: neq; vllo mō remoueat ⁊ timeatur ne eger viſum amittat ⁊ aqua ad oculos deſcendat: tempor̄ arterie ſunt incidēde ⁊ extrahēde. Hoc tñ qđ nūc loquimur eſt preter nostrā intentionē in hoc libro.

¶ De ſcothomia. Cap. 2.

Cum aliquis illud quod ante eum eſt circulariter moueri viderit: et oculi tenebreſcunt ⁊ cadere voluerit: et facies ⁊ oculi rubuerint in eadem hora: vene quoq; que ſunt poſt aures groſſe apparuerint: ex ipſius venis facienda eſt flobothomia. Et ventoſe in collo ⁊ tibiis ſunt ponende. Qđ ſi pdicte vene nō apparuerint ⁊ facies fuerit rubea: ſanguis ex baſilica erit minuendus: et ventoſe in tibiis erunt ponende.

¶ In hac preterea ſcothomie ſpecie ⁊ in ea quā ante diximus caput ex oleo ro. et aceto eſt infundendum. ¶ Eger quoq; calida cibaria vitare debet. Venter vero ex apozimate mirabol. citrinor̄ qđ in ca. de cephalea diximus ſoluendus eſt.

¶ Cū aūt neq; in facie rubedo neq; febris cū ſcothomia fuerit: attendendū eſt an ſit ſtomachi ſubuerſio ⁊ nauſea: q̄ ſi affuerint: pri⁹ vomere cogendus eſt: deinde de pillulis cochiis doſim vnā ſumat: ⁊ a frigidis abſtineat cibis. ¶ Si aūt neq; anime ſubuerſio neq; nauſea fuerint: neq; caliditatis ſigna apparuerint: venter ex pillulis cochiis multotiēs ſoluatur. Cibaria quoq; frigida omnino vitet. Et gargariſm⁹ fiat quo flegma deponatur.

¶ In naribus quoq; poſt illud ponatur aliquid de his q̄ nominauimus quo caput caleſiat.

¶ De freneſi. Cap. 3.

Quādo aliquē febris ꝯtinua inuaſerit cū forti capitis ⁊ oculorū grauedine: ⁊ in facie atq; in oculis vehemēs fuerit rubedo ⁊ capitis dolor ⁊ horror luminis affuerint ⁊ in pulſu velocitas ⁊ frequentie ſuperfluitas inueniant: ſigna freneſis certiſſima iudicabunt. Qđ ſi lingua nigra aut citrina fiat: ⁊ permiſceat intellectus: ⁊ multū fuerit alienatus: ⁊ vigilauerit multū: iam freneſis perfecta erit. ¶ Egro igitur anteq̄ predicta ꝯpleant accīntia eſt ſubueniendū ex ſanguinis detractione et vētris ſolutiōe cū ſucco fructuum. Nutrimentum vero eius ſit aqua ordei ſemel aut bis in die ſumpta

ſm ꝯſuetudinē quam in tempore ſanitatis habuit. Caput autem oxirodino infundendū erit. ¶ Qḋ ſi multe affuerint vigilie ſumatur violarū ſiccaꝝ corticū papaueris albi ordei excorticati ſeminis lactucarū radicū mādragore oīm. aā. ℞. j. Que oīa in cucuna plena aqua tādiu coquanť donec aqua rubea fiat. Deinde aqua illa dū eſt tepida ab alto ſuper caput fundatur: ⁊ ſit caput ſuper ſimiline in quo aqua colligať: que in cucuma poſita iterum ſup caput fundať. Hoc aūt oī die multotiēs fieri ꝯuenit. ¶ Caput ꝑterea ex oleo violato muliebri lacti ammixto inungēdū erit: qḋ etiaꝫ in coto poſitū eſt ſuperponēdū. ¶ Cū aūt eger in principio huiꝰ egritudis in virium fortitudine permanere inuentus fuerit: flobothomādꝰ erit niſi ſuper infirmū timueris. ¶ Poſtq̄ vero eiꝰ egritudo minui cepit nequaq̄ flobothomeť. Qḋ ſi eiꝰ iā diſſoluta eſt virtus: ex alio preſeruetur regimine donec euadat.

¶ De appoplexia. Cap. 4.

Cum aliquis quaſi dormiēs iacet ⁊ ſine ſomno ſtertit: ⁊ cū pungiť nō ſentit ⁊ tunc iā patiť appoplexiā. ¶ Eſt aūt huiꝰ egritudinis q̄titas: ſm qḋ fortiter aut debiliter ſtertit. Si tn̄ ſpuma ab ore exierit: non eſt ei medicādū. Cū aūt paꝝ ſtertit egritudo eſt leuior. ¶ Hec quidē paſſio aut cito interficit: aut in paraliſiꝫ trāſit ¶ Cum ergo iſta viſa fuerit: attēdēdū erit an patiētis facies multū rubere: aut denigrari: aut viridis fieri videať: quēadmodū ꝯtingit cū ſanguis in aliquo mēbro ex coartatiōe retineť. Tūc. n. ſanguis illico ex duabꝰ guideg extrahēdꝰ eſt: aut ex duabꝰ cephalicis. ¶ Qḋ ſi ita nō fuerit immo cū aerē attrahit audiť in pectore oregmō: ex hoc clyſteri erit clyſterizādꝰ. ¶ Quod. ℞. colloquīti de bothormariē cētauree minoris arthanithe ellebori albi oīꝫ. aā. ℞. i. Coquātur oīa in. iij. lib. aq̄ donec ad vnā redeāt. Deinde colēť. Et ex media libra huiꝰ apozimatis fiat enema: qḋ ſi cito exierit fiat iteꝝ donec humoꝝ multitudo ſiľ cū eo exeat. ¶ Naribꝰ quoq̄ cōdiſi vel leborus albus ſuauiter inſuffleť. ¶ Et eſt ingeniādū vt anacardinū cū idromelle per os ad ſtomachū multotiens deſcendere cogať quaq̄ die ſemel: ex quo vniꝰ aurei pōdꝰ in potu ſumēdū eſt. Cuius deſcriptio eſt in cap. de paralyſi. ¶ Sartago preterea ferrea calefaciēda eſt ⁊ capiti multotiēs adeo vicinādā: vt patiētis capilli adurātur. ¶ Qḋ ſi hoc modo non ſanať: in medicando plus laborabimꝰ: caput namq̄ rademus ⁊ ex ſinapi trito ⁊ caſtoreo ⁊ fortiſſimo aceto liniemus. ¶ In prima autem huius paſſionis ſpecie poſt flobothomiam ſtringemus fortiter adiutoria ligando ſuperius parum ſub coniunctione ipſorum cum ſpatulis et ſtringemus tibias ſimiliter ¶ Capiti quoq̄ ſuperfundendum eſt oleum roſeum et acetum vini: et flobothomia facienda prius in pedibus: et poſtea in naſi extremitate.

¶ De graui dormitatiōe. Cap. 5.

Cum aliquis quaſi dormiens iacet: et tamē ſentit et mouetur ſꝫ oculos ſm pl'm habet clauſos: quos tamē dum vocatur cum clamore aperit: lꝫ iterū ſtatim claudat: iā patitur ſubeth: q̄ cū clyſteribus acutis q̄ pauloante inominauim' curādus eſt. In os quoqꝫ ipſi' mittem' idromel et laborabim' vt deſcēdat. Ipſuꝫ em̄ nutrimē tū exiſtit eius. ¶ Caput p̄terea vſqꝫ ad diatritū primū oxirodino infundem'. Poſt tertiū vo diē ſternutationē puocabim' ex his q̄ nominauimus: et rademus caput et liniem' ex ſinapi: et caſtoreo: et aceto.

¶ De ſtupidis qui ſemper h̄nt oculos apertos. Ca. 6.

Cum aliquis quaſi dormiēs iacet: et non mouetur: et lꝫ oculi ſint aperti palpebras tamē non mouet: ꝯgelatus eſt ſiue rigidus ¶ Curandus vo eſt ex medicinis ſubeth: hoc tamen addito vt oleū ſambacinū ſup caput fundatur in omni libra cuius ſit vncia euforbij. Ipm quoqꝫ caput ex caſtoreo et euforbio et oleo ſambacino liniat.

¶ De paralyſi. Ca. 7.

Cum aliq̄s ſe mouere nō valet: aut vnū vel plura ex membris mouere nō poteſt: atqꝫ eoꝝ ſenſum amiſit: ipſum paralyſim illius mēbri: aut membrorū incurriſſe pronunciam'. Cuius curā incipiemus pillulas fetidas q̄s ego compoſui dādo. ℞. pulueris pigre ʒ. x. colloquint. interioris. ʒ. v. euforbij. ʒ. ij. et. ſ. caſtorei piperis aſſe ſerapini oppoponaci ſeitaragi indi ſinapis omnium. 7. añ. ʒ. ſ. centauree mino. elacterij amborum. añ. ʒ. v. gumme in ſucco rutbe diſſoluantur: et alia ex eis cōficiant et ſiāt pillule: et ſiāt ex eis decē potiones. Quarū vnā poſtq̄ eger ſumpſerit: per tres dies quieſcat. Et nutriat tūc cū aqua ciceris et oleo et ſinapi. Et deinde bibat aliā. Qd poſtq̄ ter fecerit: per aliquot dies quieſcat. Et nutriatur carne fruſtatim inciſa et in ſartagine frixa: et mutat genat: in quibus ſint ſpecies calide vt piper et his ſimilia. In potu vo ſumat idromel. Mēbra quoqꝫ eius ex oleo coſtino inungantur. Quod. ℞. coſti. ℥. j. piperis piretri euforbij: omniū triū. añ. tertiā. ℥. ſ. caſtorei. ℥. ſ. diſſoluātur omnia in. ſ. lib. olei de cheiri: aut de narciſco: et vtere eo. Diebus vero quibus quieſcit: quaqꝫ die dande ſunt due. ʒ. de anacardino: quod. ℞. ʒinʒiberis: piretri: nigelle: coſti: melanopiperis: macropiperis: oggi: oim. añ. ʒ. xx. mirrhe rutbe ſicce aſſe a riſtologie baccarum lauri caſtorei ſeitaragi indi ſinapis gētiane oim añ. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vnguātur ex oleo nucū: et cū melle cocto ꝯficiantur Hoc enim medicamen valde confert paralyſi appoplexie torture et tremori albaras morſibus ſcorpij et omnibus paſſionibus frigidis: et ſpaſmo humido. Cum aūt ſumit illico puocat ſudorē: et infert febrem. ¶ Quod ſi ſumptum non affert ſanitatem: eger ab omni medicamine per decē dies abſtineat excepta dieta: deiñ ad ipſi' curā redeundum eſt. ¶ Quod ſi paralyſis ex percuſſione aut caſu euenerit et acciderit ſubito: taliter permanebit. Nunq̄ eniꝫ ſanabitur. Qd ſi nō repēte ex p̄dictis ſꝫ paulatiꝫ et molliter inuaſerit: loco pcuſſiōis

emplm hoc apponēdū erit:qḋ. ℞.farinā fenugreci:ſemē ben:ſemē ma alep:ſemen reſin:bdelliū:amoniacum:adipē anatis:ceram:oleū de lilio:ex his fiat emplaſtrum ⁊ ſupponatur.

¶De ſtupore ⁊ tremore. Ca.8.

Cum aliquis ſentit aliqḋ ſuoꝝ mēbroꝝ ſicut eſt diſpoſitio pe dis cū ſit ſtupidus:dicim⁹ in illo mēbro ſtuporē eſſe: quapro pter eius cura nō eſt differēda. Q̄ñ eñi ꝓlongat tp̄s huius egritu dinis ꝓducit ad paraliſim. Curat aūt hec paſſio ex aliqua pte me dicinarū paralyſis ⁊ cū dieta ⁊ vnctione ex oleo coſtino. Qḋ ſi ſuete rauerit paſſio:eger ex pillulis fetidis purgand⁹ erit:⁊ ꝯplexio equā da cū anacardino ⁊ dieta. ¶Tremor aūt ex eiſdē curat ex quibus ſanat ſtupor. Sꝫ ſi ex ſupfluī vini potu euenerit:eger ab ipſo erit ab ſtinēd⁹. Silr ſi aquā q̄ ex niue diſſoluit bibēdo hāc incurrerit paſſio nē ab ipſa abſtineat:⁊ balneū calidiſſimū ingrediat:in q̄ tā diu mo rā faciat donec ſudet:a quo cum egreſſus fuerit in ſole aſſidue mo retur.

¶De tortura oris. Ca.9.

Cum hoīs os ꝯtorquet ⁊ vnū ex oculis ſuis claudere nō vꝫ ⁊ ſi ꝑcipit ei vt ſufflet:flatus ab vna tm̄ pte exire vꝫ:ipm tūc con torſionē pati dicim⁹. Cui⁹ curā incipiem⁹ cū ſolutiōe vētris ex pillu lis fetidis. Nutrimētū vo ei⁹ atq ipſi⁹ potū ordinabim⁹:vt in.c. de paralyſi diximus. ¶Egrū ꝑterea quotidie in mane anteq̄ comedat ſinapim cū ſirupo acetoſo gargarizare faciem⁹:⁊ mittem⁹ eū in do mū obſcurā:⁊ ꝑcipiemus vt vnā nucē muſcatā in pte oris q̄ torta ē teneat. ¶Narib⁹ quoq̄ tūc inſufflabim⁹ cōdiſi vt ſternutatio pro uocet. Spōdiles qꝫ colli ei⁹ ⁊ faciē ei⁹ ⁊ frōtē ex oleo coſtino inūgere cōuenit. Et quotidie de anacardino vni⁹ aurei pōd⁹ ſumēdū. Et ſi paſſio hoc mō ſoluta nō fuerit:ad vētris ſolutionē ⁊ egri preſerua tionē redeūdū ē. De tortura vo q̄ nō repēte ſꝫ paulatiꝫ accidit non loq̄mur:ipa nāq̄ nō ꝯtingit niſi in freneſi ꝑnitioſa morte iā iminē te ⁊ eſt ex ſiccitate.

¶De ſpaſmo. Ca.10.

Cum aliquod membrum alicuius cōtrahitur ⁊ ad ſuam redit originē aut pleraq̄ ex mēbris ſic diſponunt:ipſa ſpaſmata eſſe pronūciabimus. ¶Spaſmus aūt ſubito aut paulatiꝫ inuadit. Sꝫ ſpaſmo ſubito eueniēti eadē ꝑparāda eſt cura quā ꝑalyſi con ferre diximus. In eo tm̄ fricatione manuū ⁊ inunctione ex oleo coſti no plus vtimur. ¶Spaſm⁹ vo q̄ nō repēte ſꝫ ſuauiter accidit poſt febrem:aut poſt multā vētris ſolutionē:aut multū vomitū:aut ſan guinis fluxū mal⁹ eſt ⁊ vix curabilis. Quicq̄d tm̄ accidit ei mederi incipiemus. Egro namq̄ ordei aquam ⁊ iura vnctuoſa ⁊ mollia ad miniſtrabimus:⁊ in aquam dulcem tepidam ipſum mittemus:⁊ inū gemus ex oleo vio.tepido:⁊ oleo de ſeminibus cucurbite:⁊ precipue neruoꝝ radices in quibus ſpaſmus exiſtit. In tina quoq̄ diu moret ⁊ ex oleo vio.inungatur. De vino bibat patiens parū:quod tamen multum habeat aque admixtum:⁊ cibis nutriatur humidis.

¶De epilepſia. Ca.11.

CUm aliquis cadit in terram ꝛtorquetur:ꝛcōmouetur:ꝛintel-
lectum amittit:dicimus ipſuȝ epilepticū fore. Quod ſi ſpuma
exit ꝑ os aut ſe cōmingit aut ſperma egreditur aut egeſtio: paſſio
tūc eſt grauior ꝛvehementior. Si aūt eger ante acceſſionem ſentit
quaſi aliquod ex aliquo ſuorum membroꝝ eleuari ꝛaſcendendo ca
put petere:ꝛdeinde ſincopizatur ꝛcadit: tūc opȝ in hora qua ſentit
illō anteq̄ȝ illō accidat:membrū qō ꝑdiximus a quo ꝓcedit forti-
ter ligare: ꝓhibebit nāq̄ȝ hoc acceſſionē venire. In tp̄e vō q̄etis cor
pus multotiēs erit euacuādū cū pillulis cocbijs. Et loc⁹ a quo exo
rit paſſio ex ſinapi ꝛpipere ꝛeuforbio ac melle anacardi erit epithi-
mandus: ꝛepithima dimittēdū erit donec locus veſicet ꝛveſice rū-
pantur: ꝛaqua q̄ in eis eſt collecta effluat. Ipſe quoq̄ȝ non cito ſunt
cōſolidande quinimmo dimittēde vt qō in eis colligit emanet: dein
de ꝯſolidentur. Hoc eīn olno huius egritudinis certa ſalus exiſtit.
¶ Ad vltimū ēt vētoſe cū ꝓua ſcarificatione ſupponere vtile eſt.
¶ Eger vō ſi an̄ acceſſionē nauſeā aut triſtitiā aut cordis tremorē
ſentit: ꝛdein̄ egritudinis acceſſio ſeq̄tur: cogend⁹ ē multotiēs vome
re ex aliquo vomitu. Dein̄ pigrā in potu ſepe accipere ꝯuenit. Sto
macho quoq̄ȝ emplʒm ex ſpica ꝛroſis ꝛmaſtice ꝛcortice thuris cū vi
no odorifero ponendū ē. Nutrimētū vō ei⁹ totū taliter ſtatuēdū eſt
vt pauca ꝑſit ſupfluitatū: ſicut caro frixa in ſartagine: ꝛcaro cocta
in gazolis: ꝛcib⁹ q̄ fit de aue quadā q̄ hȝ in palato dētes ꝛvocat ta-
guid ꝛcaro de volatilib⁹ ꝛedina. Qō ſi cū epilepſia ſenſuū affuerit
debilitas: nec aliq̄ de ꝑdictis ſignificatiōib⁹ inueniatur: egro pillule
cocbie multotiēs ſunt tribuende. Et eius ꝯſeruatio ſubtiliāda ꝛci-
baria q̄ dixim⁹ dāda. Gargariſm⁹ quoq̄ȝ fieri dȝ. Et ſternutatio ex
bis q̄ dixim⁹ ꝓuocāda: ac narib⁹ peonie puluis ſubtiliſſim⁹ q̄ ſit ſi
milis alcohol inſufflandus. Si q̄s aūt cū epilepſia in facie ꝛ oculis
rubedinē habuerit: ꝛvenaꝝ groſſitiē: flobotbomand⁹ erit a ſapbe-
na. Sāguis aūt ex carnoſitate tibiaꝝ cū vētoſis erit extrahendus.
Capiti ꝑterea oleū ro. ꝛacetū ſupfundat. Et abſtineat a vino ꝛa ce
pis ꝛallijs ac ſinapi ꝛporris ꝛapior fabis. Et cauebit poſtremo ab
oib⁹ fumū caput aſcēdēt ē ꝛrepletionē gn̄antib⁹. ¶ Electuariū qō oī
ſpēi epilepſie remediū affert. ℞. piretri ſiſeleos ſticados oīȝ. an̄. ʒ. x.
agarici. ʒ. v. cordumeni recētis ꝛacuti aſſe optime ariſtologie rotū
de oīum. an̄. ʒ. ſ. 5. deinde extrahat ſucc⁹ ex ſquilla mixtus cuȝ pari
quātitate mellis: coquat ꝛꝯficiat ex eo ſpēs: ꝛfiat electuariū ex quo
patiēs quotidie ſumat: ꝛcaueat ſibi a cibis groſſis. ¶ Electuarium
hoc omnibus epilepſie ſpeciebus excepta vna ſanguinea quā Gal.
nominauit: ꝛnos etiam iam fecimus mentionem: opitulatur: cui di
xit cōferre flobotbomiā ex ſaphena prius ꝛpoſtea ex baſilica: dein-
de cuius regimen ſit ex bis que ſanguinē in corpore minuūt ꝛipm̄
infrigidēt. A carne preterea ꝛvino abſtineat ꝛbibat rob acetoſorū
fructuum; capiti quoq̄ȝ ſuperponātur ea q̄ ipſum infrigidant.

¶ De incubo. Ca.12.

Cum quis in ſomno quaſi rẽ grauem aliquid ſuper ſe cadere
ſenſerit:incubũ pati denũciandus eſt. ¶ In ipſius itaq; cura
nõ eſt tardandũ:ipſe eñi epilepſie preãbulus eſt:ipſã quoq; prece-
dit. Eger ergo ſi in colore rubeus fuerit ⁊ venas habuerit plenas et
ſaphena erit minuend⁹:⁊ vẽtoſe in carnoſitate tibiaꝝ ponẽde ſunt
Eger ꝑterea a potu vini:⁊ reꝝ dulciũ comeſtiõe abſtinẽd⁹ erit:⁊ ꝑci-
pue ab oĩ re q̃ multũ generat ſanguinẽ. Qđ ſi huic cõtrariũ accide
rit:ventẽr ex pillulis cochijs multotiẽs erit ſoluẽd⁹:⁊ el⁹ regimẽ ſub-
tiliandũ:exercitio quoq; vtendũ erit:⁊ mẽbra iferiora erũt fricãda.

¶ De melancholia. Ca.13.

Cum alicui cogitatiões male ſine cã manifeſta acciderint:⁊ ti-
mor ⁊ triſtitia in eo ꝑualuerint:melãcholie ꝑncipium in eo erit.
Cũ aũt res ad hoc deuenerit:vt etiã ea q̃ cogitare cepit ore ꝓmat:
verbaq; ſua atq; act⁹ ꝓmiſceat:iã melãcholia ꝑfecta eſt. Cui ergo
he male cogitatiões ⁊ triſticia ⁊ tribulatio accidũt añq; ꝑualere in
cipiãt:ſuccurrẽdũ eſt. Qz ſi ꝑualuerint:cura erit difficilis. Qđ ſi cũ
melãcholia fuerit dolor vẽtris ⁊ inflatio:⁊ malus color ⁊ digẽſtionis cor
ruptio:⁊ vomit⁹ acetoſus:⁊ excreationũ multitudo:incipiẽda ẽ cu-
ra cũ flobothomia ex baſilica:aut ſaluatella ſiniſtre man⁹. Et ſi ſan
guis viſus fuerit niger:dimittat egredi in q̃titate multa. Subtilis
aũt ⁊ rube⁹ ſi fuerit illico reſtringẽd⁹ erit. Eger v̆o ex reb⁹ lenitib⁹
eſt nutriẽd⁹:vt ſunt aleſſidabegi q̃ fiũt ex carne hedina ⁊ arietina et
mittend⁹ eſt in balneũ in q̃ nõ diu moret. Poſt hec aũt decocti one
de epithimo quã ego ꝯpoſui vtat:⁊ hec ẽ decoctio de epithimo. Rx.
mirabol.indoꝝ.ʒ.x.polipodij.ʒ.ſ.ſene.ʒ.ix.turbith.ʒ.iiij.ſticados.
ʒ.x.paſſulaꝝ enucleataꝝ.ʒ.x.epithimi cretẽſis.ʒ.x. Oĩa excepto epi
thimo in tribus libris aq̃ coquẽda ſunt donec ad vnã librã ⁊ mediã
redeãt. Cũq; hoc factũ fuerit:addat epithimũ ⁊ illico ab igne remo
ueant ⁊ dimittãtur donec infrigidari ceperint. Cunq; infrigidata
fuerint:manib⁹ fricata colẽtur. Deiñ ſumant agarici due tertie.ʒ.
vni⁹ aloes.ʒ.ſ.ſalis indi.ʒ.ſ.ellebori nigri quarta.ʒ.ʒ.ꝯficiant cum
melle aut cũ iuleb ⁊ fiant ex eis pillule q̃ ꝑ tres horas ante decoctio-
nis acceptionẽ ſumẽde erũt. Poſtea ſumat decoctionẽ:deiñ tribus
diebus quieſcat. In his aũt dieb⁹ q̃bus q̃eſcit:nutriat ex his q̃ ꝓdi
ximus:⁊ in potu ſumat vinũ ſubtile ⁊ claꝝ ⁊ bñ odoriferũ. Poſt hec
quoq; iterũ ſoluẽd⁹ eſt vt pri⁹. Hoc v̆o ita vt ꝓdixim⁹ tertio iterã-
dum eſt. Quarta quoq; potio ei dãda eſt. Eger vero ab omnibus
que coleram generant nigram abſtinendus eſt:vt ſunt carnes ſil-
ueſtres omnes:⁊ caro vaccina:⁊ porcina:⁊ magnarum caprarum et
fabe:⁊ caro ſalita:⁊ caſeus vetus ⁊ proprie lentes ⁊ omnia olera niſi
humefacientia. Vitet preterea vinum groſſum ⁊ laborem ⁊ vigilias
neq; patiatur famẽ neq; ſitim. Vino vero ſubtili in potu vtatur.
Et precipiendũ ẽ ei vt dormiat:et ſtudendum in ſpleniſ curatione:

ex his que in ſequentibus in ca. de ſplenis curatione qui augmen-
tatur dicturi ſumus. Os quoq ſtomachi confortandum eſt: et pro-
prie ex medicinis quarum mentionē in ſequētibus facturi ſumus cum
egritudines ſtomachi nominabim⁹. ¶ Si aūt cū melācholia ea que
nominauim⁹ non fuerint: acciderit q poſt freneſim aut longā mo-
rā ſub ſole: aut percuſſionē in capite: in pñcipio ex cephalica flobo-
thomia eſt faciēda: et capiti ſtudiū adhibēdū: et reliquo regimie qd
diximus pprie. ¶ Aqua preterea tepida ab alto loco ſuper caput
fundēda eſt: deinde oleū roſeum cum aceto vini capiti infundat: et
lac muliebre deſup mulgeat. ¶ Naribus etiā oleū de ſemine cucur-
bite dulcis: et lac muliebre iniiciant. ¶ In balneū quoq ſepe mittē-
dus eſt: et multū ex aqua tepida capiti eſt ſuperfundendū. Eger etiā
om̄ia odorifera q frigida ſunt odoret. ¶ Si aūt cū melācolia nihil
fuerit eorum que diximus: in principio matrix vena dextri brachij ape
riēda erit et ſanguis erit ꝯſiderādus: et vt prediximus faciēdū: et regē
dū vt diximus. ¶ Et poſtq hoc regimē infirmo adhibueris: per ali-
quot dies quieſcere dimittēd⁹ eſt: deinde vt prius in cura eius inci
piēdū: donec ſanitatis fiat reſtitutio. ¶ Studiū vero totū qd erga
melācolicos eſt obſeruādū: eſt vt impinguent et carnoſi fiāt. Ex quo
enim pingues et carnoſi fuerit: illico ſani erunt. ¶ Cibi aūt q illis cō-
gruūt ſunt caro arietina et hedina et gallinacea et panis de ſilīa. Opi-
rus aūt panis nullo modo eſt eis ꝯgru⁹. Vinū quoq ſubtile et clarū
eis ꝯueniēs eſt. Vinū vero groſſum nō eſt eis bonū neq nigrū.
¶ Lac aūt recenter ab vberib⁹ extra ctū dū adhuc calet eis confert:
et piſces recentes et ſiſami de zuccharo facti et oleū amigdalinū.
¶ Preterea audire cātilenas et gaudere et habere ante ſe res delitio
ſas et dormire plurimū confert eis. E contrario vero cogitare: et ſol⁹
morari: et vigilare maxime nocet eis.
¶ Pillule q colerā nigrā expellūt ex quib⁹ dant his q decoctionē ſu-
mere nequeūt. ℞. epithimi cretenſis. ʒ. xx. polipodij agarici amborum
añ. ʒ. x. ellebori nigri ſalis indi amborum. añ. ʒ. v. ſticados. ʒ. vij. pulue
ris hyerepigre. ʒ. xv. bibat ex eis. ʒ. iij. ¶ In dieb⁹ vero quib⁹ quieſcit
eger debet ſumere ex electuario qd vocat letificans. qd. ℞. melliſſe
corticū citri: gariofilorum: gallie muſcate: maſtici: croci orietalis: cina
momi: nucis muſcate: cardamomi: nehcremiſch: been albi et rubei:
zedoarie: doronici: ſeminis ozimi maioris: ſemis gariofilati: oim. añ.
partes equales muſci quātū eſt decīa ptis vni⁹. Deide ſumant he
buli. xx. et embl. xx. et terāt: et in trib⁹ libris aq coquātur donec ad vnā
redeāt: et colēt. In colatura vero mittat mellis lib. i. Deide bulliāt do
nec aqua ꝯſumpta ſit. Poſt ex hoc melle ꝯficiāt pdicte ſpēs qd tm̄ in
pōdere ſit triplū ad ſpēs: de quo cū neceſſe fuerit ad magnitudinē
auellane ſumendū eſt: hoc enim medicamē leticiā et coloris pulchritu
dinē et digeſtiōis bonitatē operat et retardat canos.

¶ De catarro. Cap. 14.

Um caput alicui⁹ in egreſſiõe balnei diſcoopertũ fuerit: aut poſt exercitium: aut poſt aliud: fueritq̧ aer frigidus ⁊ ventus ſeptentrionalis: ⁊ acciderit inde narib⁹ ⁊ palato prurit⁹ ⁊ cõmotio ⁊ ſternutatio: pãn⁹ tũc calefaciẽd⁹ erit: ⁊ capiti ſuperponẽd⁹: in quo tãdiu moref donec eger calorẽ in capitis pfunditatẽ penetraſſe ſentiat. Deide nigellã odorare incipiat: ⁊ puocef ſternutatio: ⁊ caueat ne ſupin⁹ iaceat: ⁊ cõedat parũ. A vino q̃z olno abſtieat ¶ Qꝺ ſi paſſio ex appoſitiõe pãni calidi alleuiata nõ fuerit nec minuif p ipm fiat flobotbomia ex cephalica: ⁊ ſoluaf natura ex reb⁹ q̃ nõ exaſperãt ſicut hec decoctio quã in potu ſumere oz q̃ tuſſim patif ⁊ in pectore aſperitatẽ habet: ⁊ indiget ventris ſolutiõe q̃. ℞. iuiubas. xx. ſebeſtẽ. xxx. paſſularũ enucleatarũ. ʒ. x. violarũ ſiccarũ. ʒ. iiij. radicis liquiritie fricate. ʒ. v. ficus citrinas. x. coquãtur in trib⁹ libris aq̃ donec redeãt ad. i. ⁊ colenf ⁊ in colatura diſſoluanf caſſiefi. ʒ. vij. tereniabin. ʒ. x. ¶ Qꝺ ſi neq̧ flobotbomia pfuerit neq̧ vẽtris ſolutio ⁊ materia ad pectus deſcẽderit ⁊ cõmoueã tur tuſſis et febris: illico fiat flobotbomia: ⁊ patiens a carne abſtineat ⁊ vino: ⁊ in potu ſumat aquã ordei ⁊ muraba violatũ: quãdiu calor fixus pſeuerauerit ⁊ tuſſis fuerit ſicca ⁊ aſpera. ¶ Sed poſtq̧ calor q̃euerit ⁊ tuſſis mollificata fuerit: ⁊ ſcreare inceperit: hec decoctio quaq̧ die cũ muraba violato danda erit: donec pectus mũdificetur ⁊ tuſſis ſedetur: et vox clara reddaf: q̃. ℞. ficus citrinas. v. iuiubas. x. ſebeſtẽ. xx. paſſularũ alba rum ⁊ enucleatarũ. ʒ. x. liquiritie excorticate. ʒ. ſ. coquãtur vſq̧ ad diſſolutionẽ ⁊ colẽtur: ⁊ dentur ex hoc omni die vn. iij. in potu cũ muraba violato. ʒ. ſ. ¶ Si vero tuſſis inueterauerit ac din pmãſerit: tunc oſtendem⁹ qualiter curanda ſit cũ de tuſſis cura tractabim⁹. ¶ Qꝺ ſi curſus in narib⁹ diu pſeuerauerit: ⁊ non fuerit calor fluxus erit reſtringendus ſuffumigando nares p traiectoriũ ¶ Et ſi qꝺ per nares effluit ſubtile: ⁊ acutũ ac citrinũ fuerit: ſuffumigatio fiat ex ſulfure infuſo prius in aceto: ⁊ poſtea ſiccato: aut ex fabis: aut ordeo excorticatis: et in aceto prius infuſis ⁊ poſt ſiccatis: aut ex zuccaro albo ⁊ ſandalo albo. ¶ Qꝺ ſi neq̧ calor neq̧ rubedo in facie fuerint: ſuffumigatio fiat ex coſto aut thure. Hec nãq̧ ſuffumigatio fluxum reſtringit.

De obtalmia. Cap. 15.

Um ea q̃ in oculis alba ſunt: in rubedinẽ mutata fuerint: fluxerintq̧ lachryme: ⁊ in angulis oculorũ lachryma lib⁹ lippitudo collecta fuerit: dicemus tũc egrũ pati obtalmiã: ⁊ quã topl⁹ ſinthomatũ vehementia aut ipſorum affuerit minoratio: tãto erit obtalmie fortitudo aut ei⁹ debilitas. ¶ Deterior aũt obtalmia eſt cũ alba oculorũ videnf inflata ⁊ adeo eleuata vt oculorũ coperiãt nigredinẽ ⁊ palpebre inuerſenf. ¶ In principio vero curatiõis obtalmie: cephalica eſt flobothomãda: ex manu vel brachio partis cõtrarie in qua eſt oculus infirmus niſi leuis fuerit obtalmia. ¶ Et quan-

to fortior fuerit obtalmia: tãto plꝰ eſt minuẽdũ ex ſanguine. Deinde venter ex mirabolanis citrinis: et terenïabin: et ſucco fructuũ ſoluẽdus eſt. ¶ Et eger a carne et vino et a rebꝰ dulcibꝰ abſtinere debet et cibũ minuere. Qḋ ſi iſta nõ ſuffecerint: ſief albũ in lacte puellam lactãtis fricãdũ et in oculo diſtillãdũ. Et ſi lippitudinis multitudo in oculo collecta fuerit: radiꝰ coto inuoluaẽ et madefiat in aq̃: et cum eo oculꝰ ab illa lippa mundeẽ. Deinde puluis albus aſpergaẽ: et ſuꝑponendo oculis aliq̃d: ſuauiter ſuſtenteẽ: et ligeẽ: et eger in domum tenebroſã mittaẽ: et ingeniandũ eſt quantũ poſſibile eſt vt ſomnus prouocetur. Caueat tamen ne ſuper oculum infirmum dormiat: et ne caput depreſſum ſit ſed ſuperius eleuatum: neq̧ veſtimentorum capitia ſint ſtricta: neq̧ in facieꝫ ſe diu proijciat. ¶ Si aũt oculus leuior fiat: et dolor ſedeẽ ac lacbrẏme minuãtur: flobothomia iam facta et vẽtre ſoluto balneũ multo tiẽs ꝛ frequẽter igrediaẽ. Ex hoc eñ paſſiõis reliq̃e diſſoluẽtur. ¶ Qḋ ſi in oculo humoroſitas ꝛ grauedo remãſerit: puluis citrinꝰ erit immittendꝰ. ¶ Ex his aũt q̃ habẽti obtalmiam multum conferunt eſt: vt frons et palpebre ex hoc linïantur epithimate: qḋ. ℞. ſief memithe roſarũ aloes licij ſandali rubei ſaufel croci orientalis omniũ. añ ptes eq̃les: fiant ex his pillule. Cũq̧ neceſſe fuerit reſoluaẽ vna ex eis in ſucco coriãdri aut in ſucco endiuie aut cũ aqua roſata: et liniaẽ cũ eo ſi deus voluerit.

¶ Sief album. ℞. ceruſe ablute. ʒ. x. ſarcocolle groſſe. ʒ. iiij. dragagãti. ʒ. ſ. opij. ʒ. ſ. fiant ex his forme lenti ſimiles.

¶ Puluis citrinꝰ. ℞. ſarcocole. ʒ. x. aloes. ʒ. ij. croci. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. ſ. licij. ʒ. ij. ex eis optime tritis immittatur puluis cũ opus fuerit.

¶ Puluis albus. ℞. ſarcocollam albam et pinguem que mittatur in lac mulieris quod melius erit cum alicuius iuuencule fuerit: et dimittatur in vmbra donec ſiccetur: et teratur optime: et omnibus. ʒ. x. ipſius addantur de ſief memithe. ʒ. ij. que iterum optime trita reponantur: et cum opus fuerit in oculum mittantur.

¶ De vlceribus oculorum. Cap. 16.

Cum in oculo fortis dolor et punctio nociua ac pulſus ſentiũtur et lacbrẏmarũ fluit multitudo: cum palpebre eleuantur ꝛ oculi aperiũtur: loca que ſunt in albis ipſorũ inueniũtur rubea: et ſi totũ fuerit rubeũ: et vnus locus magis rubere inuenitur: aut in nigredine locus aliquis albus apparet puſtula iam in oculo exorta eſt. ¶ Ad hanc vero curandum paſſionem neceſſarius eſt medicꝰ inʼ curis oculorum valde inſtructus. Nos tñ curationis ipſius ſummas et aggregationes dicemus. ¶ Dicimus itaq̧ ꝙ vlcera que in coniunctiua naſcuntur hoc eſt in albis oculorum: non adeo ſunt timẽda vt ea que in cornea hoc eſt in oculi nigredine fiunt. Deterius vero vlcerum eſt illud quod in nigredine ſub pupilla exiſtit. Eminentia namq̧ ad iſtud eſt velocior. ¶ Horum autem vlcerum curam cum flobthomia incipere debemus: et ſanguinis extrahere multi-

tudinem ſm qđ poſſibile fuerit. Conſequenter autem vēter ſoluend⁹ ⁊ eger ſibi cauere debet a carne ⁊ vino dulci: ⁊ eſſe ꝯtentus herbis frigidis: ⁊ in potu ſola aqua vti. ¶ In oculo vero in initio ſief albū cum lacte mulieris eſt mittendū: ⁊ ſi pulſus iam alleuiari ⁊ ſedari videt̄: ſperandū eſt ꝙ egritudo ſoluet̄ ſine ſaniei collectione. ¶ Qđ ſi pulſus poſt ſanguinis extractionē ⁊ ventris ſolutionē ac ſief albi immiſſionē quieſcere nō videt̄: parua fiducia in hoc quod diximus eſt habēda. Eſt itaq̧ tunc ſief de olibano mittendū in oculū: ⁊ pila aliqua oculo ſupponenda ⁊ cum ligatura ſtringēda. Ante vero ꝙ hoc eueniat: oculus ſuauiter eſt ligand⁹: ⁊ ſine ſuperpoſitione pile. Et nō ceſſes in oculuȝ de ſief de thure ſepe diſtillare donec ſanies in pupilla videatur. Ex quo enim hoc viſum fuerit: ſief de plumbo vti neceſſe erit vſquequo profunditas fiat plana: ⁊ tota caro generetur. ¶ Ea tamen que diximus tunc ſunt facienda: cuȝ puſtula nō eſt magna. Quoniam cum magna fuerit: fueritq̧ iuxta pupillam: aut inferius ea: erit tunc neceſſe vt cum elieſcir medicetur: ne ocul⁹ emineat. Ad pile quoq̧ ſuperpoſitionem: et ligaturam erit redeundum. ¶ Eger preterea ſemper ſupinus iacere debet: ⁊ a forti motu abſtinere. Cum autem caro in loco vlcerum perfecte generata fuerit: vel vlcus apoſtematis carne repletū fuerit: remanebit ibi in oculo albedo. ¶ Qđ ſi vlcus fuerit ꝓfundū: albedo erit groſſa: ⁊ ſi in ſuperficie tantum cornee fuerit: erit ſubtilis. ¶ Ulcus quoq̧ ſi a pupilla fuerit remotum: ⁊ ſteterit ſeparatum per ſe: veſtigium illud qđ remanet nihil mali faciet. Si autem iuxta pupillā fuerit quandoq̧ poſt vlceris curationem veſtigium remanens prohibebit viſionem Quapropter tunc eſt vtendum medicinis quibus veſtigium quod diximus abſtergi et deleri poſſit.

¶ Sief de thure. ℞. armoniaci ſarcocolle amborū. ana. ʒ. v. thuris ʒ. x. croci. ʒ. ij. ꝯficiantur ex muſcillagine fenugreci: ⁊ fiāt ex eis ſief.

¶ Sief de plumbo. ℞. plumbi aduſti: antimonij: thutie ablute: calcucecaumenō gūmi arabici: dragaganti: omnium. an̄. ʒ. viij. opij. ʒ. ſ. terantur et cum panno ſericino qui ſit ſubtiliſſimus cribellentur et conſpergantur ex pluuiali: et fiant et eis ſief.

¶ Sief ex quo caro in vlcerib⁹ oculorū generat̄ ⁊ vuee egreſſio ꝓhibetur ⁊ veſtigiū ſubtiliat̄. ℞. dimie ablute thutie ablute ceruſe antimonij thuris oīȝ. an̄. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. j. ſarcocolle groſſe. ʒ. ſ. ⁊. ſ. ſāguinis draco. aloes opij oīm. an̄. ʒ. j. fiant ex eis ſief.

¶ Elieſcir quo eſt vtēdū cū timet̄ ne ex vlcere vuee ſequat̄ egreſſio ℞. antimonij ematbitis amborū. an̄. ʒ. x. acbatie. ʒ. iij. aloes. ʒ. j. terātur ⁊ fiāt ex eis ſief: ⁊ adminiſtrentur apud neceſſitatem.

¶ De his que in oculos cadunt ſiue ſit pilus: ſiue palea ſiue aliud. Cap. 17.

SUmatur reſina ideſt gumma pini: ⁊ per oculum trahatur: ⁊ extrahit illud quod in oculos cecidit.

¶ De albedine que fit in oculo. Ca.18.

Albedo q̄ in oculo ꝯtigit: eſt veſtigiũ poſt vlcerũ curationē remanens q̄n ꝯſolidanſ. Que cũ in oculis pueroꝝum fit: leuioꝛ eſt ad curãdũ q̄ cũ accidit annoſis: ad ſanãdũ foꝛtaſſe impoſſibilis exiſtit niſi ſubtiliſſima fuerit. Hec aũt paſſio ex bis medicaminibꝰ curãda ē: poſtq̄ ex balneũ egreſſus fuerit aut faciē ſup vapoꝛē aq̄ calide vſquequo rubea ſit tenuerit. Si tñ ex hoc medicamine in venis oculi rubedo ꝛ doloꝛ ꝑuenerint ꝑ aliquot dies: ab eo d̄ſcẽdũ eſt: donec oculus quieſcat: ꝛ poſt ad id redeundum.

¶ Medicamen vald' vtile ad albedinē remouẽdã et cito eradicãdã ego quoq̄ nõ vidi quod eo meliꝰ aut equale eſſet ad albedinē delẽdã ℞. maſacume ſpume maris ſtercoꝛis magni lacerti bauracb zucca ri bigeri oĩm añ. partes equales. Deinde ſumanſ acoꝛi celidonie feni amboꝝ añ. ℥. x. coquãtur in libꝛa vna aque donec ad quartã redeat: ꝛ colenſ: ꝛ ex hac aqua imbibantur ſpecies quas ꝑdiximus: ita q̄ cõficianſ ex ea: ꝛ ſiccentur in vmbꝛa: deinde interim teranſ ꝛ conſpergãtur vt pꝛius ꝛ ſiccenſ. Quod poſtq̄ quater factũ fuerit: ſiccẽtur ꝛ terãtur: ꝛ in oculo mittanſ. Hoc enim medicamẽ nulli vt pꝛedixímꝰ compar exiſtit in remotione albedinis. Remouet enim hoc medicamen groſſam albedinem etiam ex oculis animalium.

¶ De ſcabie ꝛ ſebel. Ca.19.

¶ Sirupus acetoſus de citonijs. ℞. ſucci citronioꝝ acetoſorū partem vnam zuccari albi partē vnā aceti clari quartā partem vnius coquanē omnia ſimul donec iſpiſſentur. Eſt aūt ſirupus iſte ſtomachi confortatiuus ꝛ ad ſuas peragendas actiones iuuatiuus ꝛ vehementiam inflāmationis et incenſiōis que in eo eſt ſed at. ¶ Egri ꝯo nutricatio ſit reſin qua ſimul ꝯgregantur acetoſitas ꝛ ſtipticitas vt eſt caro cū ſucco vue acerbe cocta ꝛ cū malis macianis ſimiliter cocta: ꝛ cū ribes ꝛ frigida ex albulem ꝛ amoſoſi ꝛ illis ſimilia ex cibis.

¶ De iſto preterea detur puluere pluries vt tranſglutiat: qui. ℞. roſarum rubearum. ℥. x. ſpodij. ℥. iij. ſeminis coriandri. ℥. v. doſis eius ℥. ij. cum ſucco granati mu ꝛ cū ſirupo acetoſo de citonijs. ¶ Si autem cum hoc quod diximus fuerit in corpe extenuatio ꝛ inflāmatio: egro lac ꝛ aqua ordei dāda ſunt. ¶ Ipſe quoqꝫ ex herbis humectantibus eſt nutriēdus vt ſunt lactuce malue cucurbite citruli carnes hedorum ꝛ agnorum lactantium ꝛ piſces recentes.

¶ Balneum preterea anteqꝫ comedat et poſtqꝫ comederit et tinam quotidie ingrediatur et vinum clarum valde temperatum bibat: et aſſidue vtatur quiete: et motum exercitium vitet: ſitqꝫ totum eius regimen vt eius qui corporis groſſitiem adipiſci deſiderat. Et ſi cum hac diſpoſitione inflammatio fuerit et incenſio vehementiſſima ſtomachus ex rebus frigidis erit liniendus ꝛ aqua ordei danda. Sitqꝫ eius regimen vt ethicam habentis.

¶ De dolore ꝛ apoſtemate ſtomachi. Ca. 64.

SI cū dolore ſtomachi adſunt tribulatio ⁊ nauſea: egro aq̄ tepi da i potu eſt tribuēda: ⁊ vt vomat ꝓpiēdū. Et ſi hoc nō ſuffecerit: vēter ex hiera pigra ſoluat: q̄. ℞. pulueris roſarū rubearū ſpice maſticis xilobalſami carpobalſami cinamomi xilocaſſie aſſari oīm an̄. ʒ. ſ. aloes ſcotrīnis duplū oīm qd̄ bn̄ tritū cū alijs miſceat medicinis tritis: ⁊ cū pāno ſericino ſubtiliſſimo cribellatis: quarū trituratio cū aloe ſecundo iteret. Cui⁹ doſis ſit a pōdere duorū aureorū vſq̄ ad. ʒ. ij. ¶ Egro quoq̄ quotidie det panis in vino ⁊ ſucco mali granati infuſus: ⁊ in ſirupo acetoſo de citonijs. ¶ Quod ſi cum dolore fuerint ructuū multitudo ⁊ extenſio atq̄ ſingult⁹: egro electuariū diaciminum ⁊ de calamento ⁊ alie confectiones que ventoſitatem diſſoluere cōſueuerunt q̄ in capitulo de colica nominabim⁹ dāde erunt. ¶ Cibaria ṽo ei⁹ ſint calagie ⁊ mutagenat cum ſeminibus: vini veteris puri parum bibat ⁊ vtatur motu ⁊ ingrediat balneū. Stomachus quoq̄ ex oleo de neriden vt diximus in panno inuoluto vaporetur.

¶ Si aūt cū dolore ſtomachi fuerit febris ⁊ apoſtema manifeſtū ⁊ cū tāgit ſentit calidus: eger prius ex baſilica flobothomet ⁊ loco dolēti duo ſupponant ſandali ⁊ roſe ⁊ cāphora cū aqua roſata ⁊ ſucco citoniorū. ¶ Nutrimētū ṽo ei⁹ nō ſit niſi ſola ordei aq̄: ⁊ cuſtodiat a carne ⁊ vino ⁊ ↄfectiōib⁹ q̄ de melle fiūt: ⁊ bibat ſuccū granatorū muzorū ⁊ robꝫ fructib⁹ frigidis. ¶ Cūq̄ caloris vehemētia ſedata fuerit: egro caſſia fiſtula in ſucco endiuie diſſoluta ⁊ bullita ac diſpumata ad bibēdū det. ¶ Cū aūt egritudinis dies elōgati fuerint: ⁊ calor oīno q̄euerit ſi remāſerit apa cū duritie: ex hoc emplaſtro epithimet loc⁹ qd̄ ℞. violarū ſiccarū. ʒ. x. roſarū rubearū. ʒ. ſ. ſpice odorifere maſticis ambo⁹ an̄. ʒ. iij. ciperi ſquināti calami aromatici omnium an̄. ʒ. ij. farine fenugreci. ʒ. xx. florum camomille: ſeminis maluauiſci albi farine ordei oīm an̄. ʒ. x. conſpergantur omnia ex mucillagine ſeminis lini. Deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus emplaſtret ex predictis ꝑ quattuor horas anteq̄ comedat. Et poſtq̄ cibus fuerit digeſtus: ⁊ ſtomachus fuerit euacuatus: ex oleo de neriden cum lana vt diximus vaporetur.

¶ Cōfectio olei nardini ſimplicis. ℞. olei de ben. lib. i. ſpice vn. ſ. maſticis coſti ciperi ſquināti calami aromatici omniū an̄. octauā vncie vni⁹. oīa hec puluerizata in ꝑdicto oleo poſita ad ſolem ꝑ hebdomadā ⁊ vnā vaſis ore clauſo dimittant: deinde colent ⁊ exprimant feces: ⁊ ſcophe que in manibus remāſerint emplaſtris admiſceant: optime enim erūt. ¶ Cum autem apoſtema in ſtomacho inueterauerit: trociſci de ſpica erunt dādi: qui. ℞. florum ſquināti xilocaſſie rauet ſeni calami aromatici ſpice oīm an̄. ʒ. iij. croci myrrhe aniſi coſti piperis omniū an̄. ʒ. i. bdelij varij. ʒ. iij. maſticis. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. i. informentur trociſci: quorum vnuſquiſq̄ vnum ponderet aureum: ex quibus vnus quotidie cum vino cocto detur.

¶ Emplaſtrum quoq̄ iſtud fiat: qd̄. ℞. bdelij mollis. ʒ. x. armoniaci

ʒ.v.ſeminis bẽ ſeminis apij ambo2 añ.ʒ.x. ſpice maſticis nigri: am bo2um añ.ʒ.v.cere.ʒ.iij.olei de neridem.ʒ.xv.gumme in vino diſſoluã tur:deinde omnia coniungantur:et fiat ex eis emplaſtrum. ¶Ad do lorem tamen ſtomachi et epatis curandum medicus valde erudi tus eſt neceſſari⁹:qui ipſo2ũ diligenter attendat diſpoſitiões. Nos tamen aggregatiões ⁊ ſummas ad hoc conferẽtes iaʒ diximus.lʒ in quantum potuimus in hoc abbreuiauimus ſermonem.

¶De ſingultu. Ca.65.

CUm ſingultus poſt groſſi cibi comeſtionem: aut vini valde tem perati bibitionem ſuperuenerit:aqua calida in qua ciminum et menta et mentaſtrum ⁊ parum thuris bullierint: multotiẽs in po tu erit ſumenda:⁊ egro vt dormiat eſt p2ecipiendum:et venter vapo randus:⁊ ieiunandum eſt ei. ¶Cum autem per multos dies a come ſtione abſtinuerit:iubendus eſt balneũ ſepe ingredi. Deinde paucis cibis deſiccantibus tamen eſt alendus ſicut ſunt calagie ⁊ mutage nat cum ſeminibus ⁊ vini puri parum in potu tribuendum. ¶Et ſi hec non ſuffecerint:trociſci iſti dandi ſunt qui dicuntur trociſci de thure:⁊. ℞.thuris.ʒ.5.enule.ʒ.iij.mentaſtri folio2um rute ſicce am bo2um añ.ʒ.ij.ſeminis nemen.ʒ.iij.⁊.5. info2mentur ex his trociſci pondere vnius aurei:ex quibus vnus in die cũ apozimate cimini tri buatur. ¶Quod ſi ſingultus poſt feb2em acciderit: fueritq̧ cuʒ eo tribulatio:aut nauſea:aut ſitis:aut in o2e ſiccitas:aqua calida egro multotiens danda erit:non tamen repente ſed paulatim.

¶Et ſi ſedatus non fuerit:aqua o2dei cum oleo de amigdalis dul cibus detur. Spondiles quoq̧ colli et do2ſi ex oleo tepido inungã tur et fricentur:et mucillago pſilij cũ iulep et ſucco granati in potu tribuatur. ¶Singultui p2eterea et ſternutationi confert retinere anhelitum.

¶De canino appetitu. Ca.66.

CUm aliq̃s fameʒ aſſidue patiť:⁊ cib⁹ poſt comeſtionẽ adeo gra uat eũ:vt aut vomere aut ꝑ inferio2ẽ regionẽ ipʒ eijcere cogať riʒi dãdũ eſt ei:qđ dũ coquiť ex liquo2e q̃ fluit ab agno q̃ in furno aſ ſatur impinguatur ⁊ cauda ⁊ ei ſimilia:necnõ ex oĩ cibo quiv nctuo ſus eſt. Et vinũ vet⁹ purũ dãdũ eſt:de quo quãtũ poterit bibat. Dein de p2ecipiẽdũ ei eſt vt euomat:⁊ hoc regimineq̧ ſeruãdus eſt donec ſa netur. ¶Quod ſi neq̧ cibus cum grauat:neq̧ ipſum euomit:neq̧ ꝑ ſeceſſum expellit:carnes vaccine ſunt dande et frumentum coctum vt pulſ ⁊ riʒi cum lacte et aquam frigidam in potu ſumat:et in ae re frigido mo2etur. ¶Hac autem egritudine labo2ans nil aceto ſum et ſtipticum neq̧ acutum comedat:ſed dulcibus ⁊ vnctuoſis ſo lum vtatur.

¶De dolo2e epatis. Ca.67.

CUm q̃s male fuerit colo2at⁹ ⁊ cũ hoc malã habuerit fo2mã:ha bueritq̧ dolo2ẽ ĩ dextro latere apõ coſtas poſterio2es:⁊ fuerit ei⁹

malus color citrin⁹: et fuerit cū hoc in ore ſiccitas: et ſitis vehemens: aqua ordei et ſucca herbarū vt endiuie et ſolatri et cuſcute cū ſirupo acetoſo ex zuccharo albo facto in potu tribuant.
¶ Emplaſtrū quoq ex duob⁹ ſandalis et roſis et cāphora et aq̄ roſa ta cū pāno lineo loco ſupponat. Qd̄ hoc modo fiat: pān⁹ ī p̄dictis in uolut⁹ ſupponat: cūq tepere cepit: remoueat: et ali⁹ loco ei⁹ apponat ¶ In potu p̄terea ſumat granatorū ſuccū et robub qui infrigidare ꝯſueuerūt. ¶ Ubi c quoq a vino et a ꝯfectionib⁹ q̄ de melle fiūt ſibi caueat et a cibis calefacientib⁹: et ſumat trociſcos de berberis: q̄. ℞. ſuc ci berberis. ʒ. ʒ. ſeminis endiuie citrulli ſeminis portulace ſeminis omnium. an̄. ʒ. iij. roſarū. ʒ. ij. rauetſeni. ʒ. I. ſpice. ʒ. ſ. Informentur trociſci pondere aurei vnius: ex quibus detur vnus cū ſirupo ace toſo de zuccharo aut cum ſucco granati. ¶ Uenter quoq ſi neceſ ſe fuerit cum ſucco fructuum ſoluatur: vt ſunt pruna et tamarin di: et zuccharo albo. ¶ Quod ſi malus color q̄ eſt cum dolore capi tis fuerit albus medius videlicet inter eum qui eſt cum fluxibilitat te et eū q̄ eſt cū tumore: fuerintq cū eo vētris ſolutio et palpebrarū atq extremitatū tumor: trociſci de rauetſeni cū ſirupo acetoſo de melle in potu dandi ſunt: qui. ℞. maſticis ſucci eupatorij ſucci ab ſynthij ſeminis feniculi: aniſi omniū ana. ʒ. ij. rauet. ʒ. x. informent trociſci pondere aurei vnius: ex q̄b⁹ vn⁹ in potu oī die tribuatur.
¶ Sumantur p̄terea ſpica maſtix ciperū ſquināti calam⁹ aromati cus croc⁹ myrrha dein̄ myrrha et maſtix i vino diſſoluta cū alijs mi ſcea nt: et ex eis emplaſtrum epati ſupponatur. ¶ Eger vero a cibis groſſis et frigidis abſtineat. ¶ Si autem hec non ſuffecerint: troci ſci de lacca cū apozimate de radicibus ſunt dandi. Trociſci aūt de lacca ſunt qui. ℞. lacce rauetſeni amborum. an̄. ʒ. iij. ſpice ſeminis apij ameos maſticis ſquināti ſeminis iuniperi amigdalarū amara rum coſti amari rubee ſucci eupatorij aſſari ariſtologie rotūde gen tiane oim. an̄. ʒ. I. et. ſ. Informētur ex his trociſci pōdere vni⁹ aurei ¶ Apozima de radicibus. ℞. corticis radicum apij feniculi āborū an̄. ʒ. x. ſeminis apij ſeminis feniculi floris ſquināti ameos omniū an̄. ʒ. ſ. roſarum rubearum ſpice odorifere amborum. an̄. ʒ. iij. co quantur in lib. I. aque donec ad tertiam redeat: et detur in potu cū predictis trociſcis. ¶ Si autem apoſtemata in epate fiant: eorum cura erit vt apoſtematum que in ſtomacho generantur.

¶ De icteritia. Cap. 68.

Si cum icteritia fuerit febris: ſuccus endiuie et ſolatri et aqua ordei egro in potu tribuatur. Ipſe quoq ex cucurbita et criſo locāna et citrulis et his ſimilibus herbis frigidati attinentibus nu triendus eſt et ſi rupum acetoſum ex fortiſſimo aceto ī potu ſumat ¶ Epati preterea emplaſtrum ex duobus ſandalis eſt ſuperponen dū: et vēter ex ſucco prunorū et zuccaro ſoluendus. Que ſi nō ſuffece rint: trociſci de cāphora cum ſucco granatorum dandi ſunt.

¶ Trociſci de cāphora. ℞.zuccari/ſpodij roſarū rubearū oīum añ ʒ.iij.ſeminis endiuie ſemis citrullorū cucurbite lactuce portulace ſeminū ex oībus ſādalis rube oīuȝ añ.ʒ.i.Informenᷓ ex his trociſci pōdere.ʒ.ij.ex q̄b⁹ quotidie vn⁹cū ſexta.ʒ.vnı⁹ de cāphora deᷓ.¶ Si aūt eger venas habuerit plenas:fueritq̧ diu ex quo minut⁹ non fuit flobothometᷓ.¶ Qḋ ſi icteritia fuerit ſine febre:vēter ex his pillulis ſoluaᷓ:q̄.℞.aloes.ʒ.i.ſcamonee quarta.ʒ.i.agarici partes duas.ʒ.vnı⁹:ſucci eupatorij tertia.ʒ.i.ex his cū ſucco endiuie ꝯfectis fiant pillule:ſufficient ad doſim vnā.Deīde dētur trociſci de lacca cū apozimate de radicib⁹.¶ Si aūt icteritia in oculis remāſerit:eger ſortiſſimū acetū paulatim olfaciat:ꝛ balneū ingrediatur.¶ Ei⁹ quoq̧ oculis q̄ icteritiā cū febre patiᷓ aq̄ roſata immittēda eſt.¶ Icteritie, ꝑterea valde ꝯfert:vt eger ꝑ tres hebdomadas ſerum bibat.

¶ De ydropiſi. Ca.69.

Cum vēter poſt epatis dolorē ꝛ febres augmētari ceperit:ꝛ qḋ eſt ab vmbilico vſq̧ ad femur exteri⁹ ꝓminuerit:ꝛ cutis q̄ ibi eſt ſubtiliari ꝛ albere viſa fuerit:ꝛ cū vēter mouetur:auditur ꝛ ſonitus q̄ſi aq̄ ī vaſe nō pleno mote.Et ſi cū his vrina fuerit rubea:parua habēda eſt fiducia:ꝛ ꝓpꝛie ſi v̄tutis nō affuerit fortitudo.His tamen ſi v̄tus fuerit fortis:ꝛ vēter vehemēter ſiccus pillule de rauet q̄ recipiūt mezeron ſunt dāde.¶ Pillule aūt de rauet ſunt q̄.℞ rauet ſeni ſucci eupatorij.ſeminis endiuie:oīum añ.ʒ.iij.agarici.ʒ.v.mezeriō.ʒ.x.fiāt ex his pillule q̄rū doſis ſit.ʒ.ij.ſ.ex q̄b⁹ quaq̧ hebdomada doſis vna ſumatur.

¶ Quod ſi v̄tus debilis fuerit: trociſci de mezeriō ſunt dādi.q̄.℞.ſeminis endiuie.ʒ.x.mezerion.ʒ.i.ꝛ duas tertias:aggarici ſucci eupatorij:ſimiliter tantundem roſarum ſeminis citrullorum amborum añ.ʒ.ij.ꝛ.ſ.ex his omnibus fiant trociſci.x.de quibus vnus in die cū ſirupo acetoſo de zuccharo dandus eſt.¶ Si autem venter fuerit ſolutus:dentur trociſci de berberis cum ſirupo acetoſo.¶ Eger quoq̧ nutriatur ex cibregi:ꝛ bibat ſirupū acetoſum de citonijs.Et ſi ventris ſolutio vehemens fuerit:citoniorum rob ſolum dandum eſt.¶ Si autem cum hac paſſione non fuerit vrina rubea neq̧ calor pillule iſte dande ſunt que.℞.mezerion ſerapini amborum.añ.ʒ.ſ.ſaliſindi ſimi columbini amborum.añ.ſextam.ʒ.i.Pillule enim iſte aquaȝ vehementer expellunt:ꝛ deſcendere faciunt.Trociſci ꝑterea de lacca cum apozimate de radicibus dandi ſunt.

¶ Emplaſtrū aſciti ꝯueniens.℞.farine ordei cyperi ſtercoris ouini veteris haurach boliarmeni omniuȝ partes equales.Ex his omnibus tritis fiat epithima ſuper ventrem.Hui⁹ namq̧ proprietas eſt aque magnam partem exiccare.¶ Quod ſi in palpebris ꝛ extremitatibus fuerit apoſtema molle:ꝛ teſticuli apoſtemātur:facieſq̧ ac totum corpus mollicie quadam teneatur:erit tūc hydropis ſpecies q̄ hypoſarcha nominaᷓ.Egro itaq̧ hac laboranti:trociſci de

laccacū apozimate de radicib⁹ ſunt tribuēdi: ⁊ vēter quaq; hebdomada ex pillulis de reubarbaro eſt ſoluend⁹: ⁊ patiēs in harena calida ſepeliend⁹. Et preterea eſt precipiēdū vt exercitio vtat: ⁊ famē ac ſitim ſepe patiat. ¶ Si ꝟo vēter inflat⁹ ac tēſus fuerit: ⁊ cū pcutiē ſonitum reddit vt tympanū: hydropiſis ſpecies adeſſe ſignificabit: q̄ tympanites dicit. Quam q̄ patitur a comeſtiōe olerū abſtinere d; atq; eoꝝ oīm que ventoſitatis ſunt generatiua. Uenter. quoq; offi die ex panico eſt vaporand⁹: ⁊ ventoſe ſuper ventrē ponende: medicamina tumorē diſſoluentia danda ſunt: vt dyaciminū electuariū de baccis lauri quod in cap. de yliaca nominabim⁹. Eger preterea exercitio orti aſſueſcat: ⁊ famem pati: ⁊ ex collirijs q̄ vētoſitatē diſſoluūt: quoꝝ faciem⁹ mētionē ſibi ſubijciat. Uenter quoq; cū mantili donec incipiat rubere fricet: ⁊ ex oleo rutaceo clyſterizetur.

¶ De dolore ſplenis. Cap. 70.

SI cum dolore ſplenis fuerit calor ⁊ vrine rubedo ⁊ febris: eger ex his trociſcis ſumat. Trociſci de agno caſto. ℞. ſemis agni caſti tamariſci ſeminis amboꝝ. aā. ʒ. x. ſeminis endiuie ſeminis portulace: amboꝝ: aā. ʒ. v. ex his fiant trociſci: de quib⁹ quotidie detur vnus cum ſirupo acetoſo de zuccharo: cui⁹ pondus ſit. ʒ. iij.

¶ Eger vero ſi replet⁹ fuerit ex ſaluatella que eſt in ſiniſtra manu flobothometur. Splen quoq; ex fruſto filtri aceto calido iſuſi ēbrocetur ⁊ obſeruetur a rebus dulcib⁹ ⁊ cibis groſſis. ¶ Qđ ſi cum predicta egritudine non fuerit calor: egro trociſci de capparis dandi ſunt q̄. ℞. corticis radicū capparis ſeminis agni caſti amboꝝ ana. ʒ. x. ſcolopendrie. ʒ. vij. ariſtologie longe folioꝝ ruthe ſeminis naſturtij acori nigelle: oīz. aā. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. iij. armoniacū in aceto diſſoluat: ex quo cetera ꝯficiātur: ⁊ informētur ex eis trociſci pōderātes. ʒ. ij. ex quib⁹ vnus cū ſirupo acetoſo de melle: ⁊ apozimate de radicib⁹ in potu ſumatur. ¶ Si autē ſplen tenſus fuerit: ⁊ cū p̄mitur auditur ſub eo rugitus: ex predictis trociſcis cū apozimate de radicibus eſt dandū: ⁊ vinū vetus bibendū: ⁊ potus aque minoretur quantum plus poſſibile fuerit.

¶ Empl̄m ad duritiē ⁊ ventoſitatē q̄ eſt ſub ſplene. ℞. folioꝝ ruthe ʒ. x. baurach mentaſtri ſicci amboꝝ. aā. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. viij. armoniacum veteri vino diſſoluatur: ex quo cetera ꝯficiātur: ⁊ fiat ex eis emplaſtrum quod loco ſuperponatur.

¶ De colica. Cap. 71.

SI cū dolore ventris fuerit ipſi⁹ conſtrictio ⁊ nauſea: ſed neq; calor fuerit: ea egro dāda ſunt q̄ ventrē ſine vomendi deſiderio ſoluāt: vt eſt electuariū de gallia qđ. ℞. maſticis gariofil. zinziberis melanopipis macropipis cinamomi nucis muſcate gallie oīm aā. ʒ. x. ſcamonee. ʒ. x. poſtea exprimātur cytonia acetoſa ⁊ recētia: ⁊ ſucc⁹ eoꝝ cū eiuſdē quātitatis melle miſceat ⁊ coquatur vſq; ad ſpiſ

ſitudinē paulatim: ⁊ ꝯficiat ex eo medicamē qđ tn̄ eiuſdē ſit quātita
tis cuiꝰ ſpecies ſunt: cuius doſis ſit a duabꝰ.ʒ.vſ ad.ij.ʒ.ſ.
¶ Quod ſi nauſee vehemētia nō fuerit: nec eger medicinas vomue
rit: pillule iliatice ſunt dāde.q. ℞.colloquītide: ſerapini: amboꝝ.an̄
ʒ.x.ſcamonee.ʒ.iij.⁊ tertiā. Informent pillule: de quibꝰ vnius aurei
pōdꝰ eſt dādū. Velociter em̄ paſſionē diſſoluūt iliacā. ¶ Si aūt paſſio
iliaca difficilis fuerit nec medicamina vētris ſolutiua ei ꝯtulerint:
hoc ſuppone colliriū: qđ. ℞.ſalis panis.ʒ.x.colloquintide īterioris
ſcamonee amboꝝ.an̄.ʒ.ij.⁊.ſ.fiant ex eis colliria lōga ⁊ ſupponat.
¶ Et ſi nō ꝯtulerint: ex enemate leui clyſterizet qđ. ℞.ficꝰ citrinas
quinq furfuris quātū manu vna capi pōt maluauiſci. ℳ.i.beci pā
no ligata: ⁊ ſicce folia.x.in duabus libris aque coquātur donec ad
vnā redeant deinde colet: ⁊ ponat ſuper eam baurach pōdus aurei
vniꝰ: olei ſiſamini.℥.ſ.⁊ fiat clyſtere ex eo. Si quis aūt fortiꝰ ⁊ acutiꝰ
facere voluerit: pondꝰ aurei vniꝰ de collirio qđ prius diximꝰ admi-
ſceat. ¶ Clyſtere vehementer ſoluens quo tunc vtendū eſt cū medi-
camina nō ꝯferunt: nec vēter ſoluit. ℞.colloquintide interioris.ʒ.
x.centauree.ʒ.v.buchormariem arthanite amborum.ana.ʒ.duas.
mentaſtri ruthe origani omnium ana. ℳanipulum vnum omnia
in tribus libris aque donec ad duas tertias libre vnius redeāt
coquantur ⁊ colentur: deinde diſſoluantur in ea allitran mellis am
borum: ana.ʒ.iij.caſtorei ſerapini oppoponacis collirij qđ prediximus
oīm.an̄.ʒ.ij.miſceant oīa: ⁊ dū tepidū eſt: fiat ex eo enema: ⁊ ſi
ſquibale nō exierint iteret clyſtere donec exire videant. Hoc nāq clyſtere
adminiſtrari oꝫ cū res fortiſſima eſt ⁊ peſſima: ⁊ in colica mala
⁊ eſt illa in q̄ ſit nauſea valde vehemens ⁊ inferiꝰ nihil egredit.
¶ Huic ꝑterea egritudi q̄nq fetida ſupuenit eructuatio: ⁊ plerūq
ſtercꝰ per os egredit: qđ cū hoc accidit: ſepe portendit mortē.
¶ Qđ ſi cū ventris dolore nō fuerit ipſiꝰ ſtrictura: ſed inflatio ⁊ ru-
gitus ac tenſio in vētre exiſtūt: ꝯfectio de baccis lauri dāda eſt. ℞.
folioꝝ rute ſiccoꝝ.ʒ.x.ameos cimini nigelle heiſin origani carui ale
xandrini: ſeminis amigdalaꝝ amaraꝝ melanopiperis mētaſtri dau
ci acori bacchaꝝ lauri caſtorei: oīū.an̄.ʒ.ij.ſerapi.ʒ.iiij.oppoponacis
ʒ.iij.conficiant cū melle eiuſdē ponderis cuius doſis ſit vt auellana
vna aut nabacca multis vicibus cum vncia vnā vini calefacti: aut
cū apozimate de radicibus. Huic em̄ confectiōi in remouēda ven-
toſitate ⁊ diſſoluēda nihil equiparat.
¶ Hoc preterea ſuppoſitorium ſubijciatur: quod eſt ventoſitatis
diſſolutiuum. ℞.cimini: foliorum ruthe viridis amborum.an̄.
ℳ.i.buchormariem arthanite amborum.an̄.ʒ.ij.baurach.ʒ.ſ.cō
ficiantur ex melle: ⁊ ſupponat cum ſpongia vel lana. Hoc em̄ diſſol
uit ventoſitatem ⁊ inferius expellit. Venter quoq aſſidue ex pāno
calido vaporandus eſt: ⁊ eger in tinam mittendus. ¶ Si autem

hec nõ ſuffecerint: vẽtoſa cũ igne imponẽda eſt: ꝛ loc⁹ donec rubere incipiat fricand⁹. Poſt hec vnctio fieri ꝯuenit ex oleo rut aceo: ꝛ ex alijs oleis calidis: ꝛ ex eis clyſterizãdus eſt eger poſtq̃ eis admixta fuerit: caſtorei euforbij amboꝝ. añ. ʒ. ſ. Hãc vo ſolit⁹ pati egritudinẽ: dũ ſanus eſt caueat ne vinũ aqua mixtũ bibat: nec etiã ſumat vinũ niſi purũ ꝛ forte: neq; aquã multã bibat: ꝛ abſtineat ab herbis ꝛ lacte: ꝛ omnib⁹ inflatiuis. ❡ Filoniũ faciẽs ilioſ cũ maximo coartãtur dolore: ꝛ timetur ne ſincopis egro ſupueniat: vẽtoſitatẽ carminat: ſomnũ puocat. ℞. piperis ameos folioꝝ rutbe. mẽtaſtri caſtorei baccbaꝝ lauri cimini oĩm añ. ʒ. ſ. opij mãdragore iuſq̃ami ſeminis omniũ. añ. ʒ. ſ. ꝯficiãtur cũ melle eiuſdem quantitatis: detur ex eo pond⁹ vni⁹ aurei. Huic quoq; electuario additur plerũq; ſcamonee. ʒ. tertia ꝛ fit tunc medicamẽ vẽtris ſolutiuũ. ❡ Si autẽ cum dolore etiã febris affuerit: caſſiafiſtula in ſucco endiuie bullito ꝛ diſpumato diſſoluta egro eſt dãda: ꝛ ſirupus violat⁹ in potu eſt tribuendus: ꝛ nutriẽdus eſt ex tafea cũ oleo de amigdalis dulcibus condita ꝛ ex leni clyſteri clyſterizãdus. Cũ autẽ locus doloris in vẽtre apparuerit groſſus: ꝛ apoſtema babens: eger in principio flobotbomeꝛ: deinde caſſiafiſtula cum ſucco berbaꝝ ſepe danda: ꝛ ſit cibus eius cuius hic dolor ex ꝯſuetudine accidere ſolet: tafea vnctuoſa cũ zuccbaro ꝛ oleo ſiſamino: ꝛ abſtineat a reb⁹ ſtipticis ꝛ acetoſis ꝛ cibis groſſis ꝛ ventrẽ ſtringentib⁹. Qui aut cũ hoc dolore vẽtoſitatẽ pati ſolitus eſt: cibetur cũ kalagie ꝛ mutagenat ꝯditis cũ ſeminib⁹: ꝛ abſtineat ab oleribus ꝛ lacte: ꝛ ab omnibus que inflãt. Et bibat vinũ forte ꝛ non viciatum. Aut ydromel cum ſpeciebus que pro condimẽto ponuntur: vt piper quas dicemus.

❡ Idromellis cõfectio. ℞. mellis mundi lib. ſ. aque lib. vj. miſceantur ꝛ coquãtur diu ꝛ ſpumẽtur bñ donec fiat ad ſimilitudinẽ iulep. Cunq; hoc factũ fuerit in vnaquaq; lib. ex eo mittanꝛ. ʒ. ij. piperis pulueriʒati in pãno ligati donec appropinquet finis decoctionis eius: ꝛ cum infrigidãtur extrahatur pãnus ꝛ exprimaꝛ: ꝛ cũ neceſſe fuerit propinetur. ❡ Cõfert etiã cui hec paſſio ex vẽtoſitate ꝛ groſſa ſuperfluitate accidere ſolet: oleũ de kerua recẽti cũ apoʒimate de ſeminibus ſumptũ. ❡ Apoʒima aũt de ſeminib⁹ eſt hoc. ℞. ameos cimini cbeiſ. m carui origani nigelle omnium. añ. pugillum. vnum. Iſtis admiſceanꝛ aque lib. iij. ꝛ coquãtur donec redeãt ad librã vnã ꝛ mediã. De hoc itaq; apoʒimate ſumantur. ʒ. ij. quib⁹. ʒ. iij. olei de cberua addanꝛ: ꝛ multis dieb⁹ bibãtur. Sed ſi cui dolor iſte cũ calore ſuperuenerit pruna. xx. ꝛ ficus citrine. v. ꝛ paſſularũ enucleataꝝ ʒ. v. ſumãtur ꝛ coquãtur ꝛ colenꝛ: deinde caſſiafiſtula in eo diſſoluta coletur: cui oleũ amigdalinũ admiſceatur ꝛ ſumatur: ꝛ ex apoʒimate qđ in capitulo de reumatiſmo diximus in potu tribuatur. Uenter vo ſi multũ fuerit ſicc⁹ p̃dicto apoʒimati addãtur pol: podij turbith: amboꝝ. añ. ʒ. ij. ꝛ coquantur cũ eo: ꝛ detur donec vẽter ſoluaꝛ.

¶ Cum autem ſolutus fuerit: remoueatur pollipodium ⁊ turbith.
¶ Electuariū qđ vētrem ſoluens inflationem reſoluit: ⁊ grauedinē ℞. turbith albi fricati ⁊ puluerizati. ʒ. xx. zinziberis. ʒ. x. zuccbari. ʒ. xx. buius pulueris. ʒ. iiij. ad bibendum dentur.
¶ Pillule de quibus cum quis ventrē ſoluere voluerit vnā ſumere debet: que appetitum excitant ⁊ inflationē reprimūt: ⁊ grauedinem ⁊ cibum digerūt. ℞. maſticis zinzinberis cinamomi gariofiloꝝ nez beremiſk. melanopiperis macropiperis ſcamonee violaꝝ zuccbari omnium. añ. ʒ. ſ. fiant ex eis pillule ad magnitudinē ciceris: ⁊ ſumatur vna: mouet enim ſemel aut bis.

¶ De fluxu ventris. Ca. 72.

Cum cibus in ſtomacbo more ſolito non moratur: immo citiꝰ egredit̄ non mutatꝰ niſi parū fuerit: cuʒ boc mordicatio ⁊ dolor in vētre ⁊ ſitis: cum quo etiam plerūqꝫ adeſt ventris fluxus in quo ante comeſtionē inuenitur purulentum: detur egro rob de ſucco vue acerbe aut de ſucco ribes: aut de ſucco granatorum cum ſpodij roſarum amborum. añ. ʒ. ſ.
¶ Trociſci quoqꝫ de ſpodio conſtrictiui itidem tribuantur.
¶ Nutriatur vero ex adeſſa citrina: ⁊ pullis cuʒ aceto coctis: ⁊ aſſatis: ⁊ in ſucco vue acerbe poſitis.
¶ In potu autem ſumat ſumacb cū aqua roſata: ⁊ deinde nutriat̄ ex cibo cui admiſcet̄ ſumacb: qui vocatur ſumacbia. Totūqꝫ eiꝰ regimen ad boc perducat̄ vt infrigidare poſſit ⁊ conſtringere. Quod ſi non fuerit cū eo mordicatio in ventre: neqꝫ qđ egredit̄. pus bʒ admixtuʒ ſed eſt viſcoſuʒ: ⁊ adeſt inflāmationis paucitas ⁊ pauca ſitis ⁊ ructus accidus: egro ſicda ⁊ ſinapis ⁊ piſces ſaliti tribuātur. Dein de cogatur ea vomere ſumendo ſalem ⁊ mel ⁊ anetū coctū. Que ſi non ſuffecerint: medicamē qđ expellit flegma tribuatur. Qđ. ℞. aloes. ʒ. ſ. colloquintide interioris. ʒ. iiij. ſalis indi. ʒ. iiij. turbith. ʒ. j. Ex bis fiant pillule: ⁊ ſufficiunt ad doſim vnam.
¶ Vomitu preterea ſepe vtat̄: ⁊ cibaria quibus vtit̄ in almuri per ſe intingantur: ⁊ comedat ſulcita que ſale cōdiuntur: ⁊ queꝰ acrimoniam babent: que appetitum ꝓuocare conſueuerūt. ¶ Si autē cū boc quod diximus nibil egreditur quod ſit ſuperfluum: neqꝫ qđ expellitur aliquid purulentū vel flegmaticū bʒ admixtū: egro vinuʒ purū ⁊ forte tribuendū eſt: ⁊ diaolibanū dādū. qđ. ℞. olibani. ʒ. x. piperis ameos ſpice kuſſim aniſi nigelle: omniuʒ. añ. ʒ. ij̄. balauſtie. ʒ. x. mellis deſpumati qđ ſufficit ad cōficiendū: det̄ ex boc in potu: quia ſtomacbū calefacit ⁊ vebemēter deſiccat. Apozima quoqꝫ de ſenibꝰ quod in capitulo colice paſſionis nominauimꝰ detur: ⁊ aſſueſcat in potu ſumere vinū purū. Si ꝟo cibꝰ nō egredit̄ ſed res ſubtilis ⁊ alba ⁊ aquoſa: cū qua ſunt ea q̄ epatis ſignificāt debilitatē: egro tribuatur id qđ ſit de ſcoria ⁊ diaolibanū: ⁊ trociſci calefacientes epar quos nominauimus: ⁊ electuariū diacalamētū. qđ. ℞. folioꝝ rutbe

foliozum calamēti ſiccoꝝ: ameos carui leuiſtici zinziberis cinamo-
mi macropiperis: oīm partes equales: ꝯficiant cū melle cocto ⁊ dent
alia medicamina q̄ nominauim⁹ in. c. epatis: ex his q̄ ipſum calefa
ciunt ⁊ cōfoꝛtant. ¶ Si aūt cū p̄dicta egritudine nō fuerit ſigni-
ficatio debilitatis epatis: immo qḋ egreditur cū fluxu ſubtile eſt et
album ⁊ fiat in ſtomacho grauitas: puluis de granatis ad trāſglu-
tiendū dādus eſt. ℞. oſſium granatoꝝ acetoſoꝝ aſſatoꝝ tritoꝝ vt
alcohol. ʒ. c. carui ſe. coriādri: amboꝝ aceto acerrimo īfuſoꝝ: ⁊ poſt-
ea aſſatoꝝ. añ. ʒ. xx. xilocaracte ſumach balauſtie omniū. añ. ʒ. x.
puluerizent optime ⁊ ꝯmiſceantur: ⁊ detur ex eis pulu is ad tranſglu
tiendū. ¶ Electuariū quoq̄ qḋ dicitur canzi detur: qḋ. ℞. arilloꝝ
paſſaꝝ tritoꝝ vt alcohol lib. ſ. mirtilloꝝ ſiccoꝝ pulueriza toꝝ vt al-
cohol lib. ſ. xilocaracte nabati balauſtie ſeſſi. tamariſci ameos om
nium. añ. ʒ. x. cōficiantur cū melle de cāna mellis aut cū melle apum
optime diſpumato: ⁊ ex electuario ſumat. Si autem quod egreditur
citrinum fuerit: ⁊ anū moꝛdicat: ⁊ eger ſitim patiat ⁊ febꝛē: trociſci
cōſtrictiui de ſpodio: ⁊ aqua ſauic oꝛdei dent. ¶ Trociſci ꝯſtrictiui
de ſpodio. ℞. roſaꝝ rubeaꝝ ſpodij: amboꝝ. añ. ʒ. x. ſemis acetoſe ſu-
mach balauſtie gūmi arabici: oīm. añ. ʒ. v. Infoꝛmētur trociſci pō-
dere. ʒ. ij. quoꝝ vn⁹ cū. ℥. de rob citonioꝝ ſimplici ſumat: aq̄ ⁊ o ſauic
oꝛdei. quā diximus ita fit: oꝛdeū fractū in aq̄ ipſm cooperiēte bulliat
donec aqua inſpiſſetur: deiñ coletur ⁊ bibātur ex ea. ℥. iiij. cū tribus
ʒ. ſpodij ⁊ gūmi arabici eadē quātitate. ¶ Qḋ ſi ex fluxu vētris eue
nerit excoꝛiatio puluis de bolo ad tranglutiendū detur: qui. ℞. pſi
lij. ʒ. xx. ſeminis plātagis. ʒ. x. gūmi arabici boli armeni. āboꝝ. añ. ʒ.
iij. pſiliū aſſetur ⁊ gūmi: ⁊ bolū puluerizet ⁊ cōmiſceat: ⁊ ſumātur in
potu ex eo in mane. ʒ. iij. cū rob de citonijs ⁊ circa noctē tantūdem.
¶ Cibus vero eius ſit pulmentū factū cū granis granatoꝝ ⁊ paſſis
cū aqua ⁊ aceto: ⁊ cibus factus cū ſucco vue acerbe ⁊ ſumachia ⁊ ta
fea admiſcet ſuccus ſumach ⁊ his ſimilia cibaria.

¶ Trociſci de balauſtijs qui continue ꝯferūt dyarie dandi ſunt cū
fluxus: fuerit ſuperfluus ſiue habeat ſanguinem admixtū ſiue non.
℞. gallarū ſiliquaꝝ nabati ſeminis tamariſci olibani balauſtie:
oīm partes equales opij gūmi arabici amboꝝ. añ. partē mediam.
Infoꝛment trociſci pōdere. ʒ. ij. ex q̄b⁹ vn⁹ cū vino ſumat: ſi nec ca-
loꝛ affuerit neq̄ febꝛis. Sꝫ ſi febꝛis affuerit: cū rob de cytonijs ace
toſis ſumatur: q̄ tūc dādi ſunt cū vētris fluxus ſuperfluus fuerit.

¶ Trociſci ad tenaſmon qui dandi ſunt cum caloꝛis abſentia fue
rit: ⁊ ventoſitas non erit nociua ⁊ ſonitus. ℞. ſeminis iuſquiami al
bi ſeminis aneti; ſeminis feniculi omnium. ʒ. ſ. ameos. ʒ. ij. ⁊. ſ. opij
ʒ. iij. ſeminis apij. ʒ. x. fiant trociſci de quibus pondus vnius aurei
in potu ſumatur.

¶ Confectio de ſtoꝛace q̄ anti quo vētris fluxui ꝯferēs ac tenaſmoni
cū neq̄ febꝛi ſ neq̄ caloꝛ affuerit: ſꝫ erit vētoſitas nociua: dāda eſt.

℞.caſtorei opij aſſari ſtoracis liquide myrrhe ſeminis iuſquiami nigri thuris oim partes equales: mellis qḋ ſufficit ad ſpecierũ confectionẽ: cuius doſis ſit.ʒ.ij.vſq ad tres. ¶ Si autẽ poſtq tenaſmõ decẽ tranſierit dies nõ viſa fuerint medicamina cõferre: ⁊ eger ſupra pectinẽ ſentit dolorẽ: redeundũ eſt ad clyſtere. ¶ Clyſtere ↄſtrictiuũ ℞.panici excorticati lentium excorticatarꝫ roſarum ſiccarꝫ balauſtie cupularũ glandiũ omniuꝫ añ. ℳ.ſ.oĩa in lib.iiij.aq̃ coquãtur donec ad librã.ſ.⁊.ʒ.redeãt ⁊ colenſ: deñ ſumanſ ceruſe cineris papyri babylonice: aut cineris papyri amborꝫ.añ.ʒ.ſ.boli armeni.ʒ.ʒ. vitellus oui vnius aſſati dur⁹: olei roſei.℥.ʒ. Ex his omnibus in p̄dicto apozimate fricãdo diſſolutis clyſterizetur eger ſemel aut bis ¶ Quod ſi tenaſmon fuerit longi tẽporis in quo non egrediſ ſanguis ſed raſura alba muſcillagini ſimilis: medicamẽ putredinis qḋ in.c.de cura gingiuarꝫ putridarꝫ nominauimus dãdum eſt. Ex quo in apozimate eorꝫ qḋ nominauimus fricato diſſoluto clyſtere ſemel aut bis fiat. Et ſi ex vẽtris fluxu in ventre vehemẽs mordicatio ſecuta fuerit: clyſtere fiat ex oleo roſeo tepido. ¶ Si autẽ nullo modo mordicat clyſtere fiat ex illo medicamĩe: multotiẽs addaſ donec ſanetur. ¶ Epithima de quo venter cũ fluxus ſuperfluit ⁊ virt⁹ eſt debilitata liniendus eſt. ℞.gallie acatie ciperi myrrhe gallarꝫ cypreſſi thuris omniuꝫ partes equales. Ex his omnibus vino veteri aut ſucco citoniorꝫ conſperſis liniaſ venter. Huic quoqꝫ quãdoqꝫ addi tur panis biſcoctus de ſuria. ¶ Si autem cum hac egritudine fuerit calor: epithima fieri conuenit ex duobus ſandalis ⁊ roſis ⁊ bolo armeno ⁊ ſaufel ⁊ gallis ⁊ pane biſcocto cum ſucco maciānorum. et citoniorum ⁊ myrtino.

¶ Quod ſi eger vehemẽter patiaſ tenaſmonẽ: ⁊ ſepe vadat ad ſedlẽ ⁊ tñ nihil egrediatur: colliriũ iſtud ſubijciatur. Eſt eñi mirabile ad ſedãdum tenaſmon quod. ℞.thuris litij croci gũmi arabici: olm. añ.ʒ.ſ.opij.ʒ.ij.informentur colliria ⁊ ſupponantur.

¶ De difficultate mingendi. Ca.73.

Cum vrina minuitur: aut ex toto retinetur: neqꝫ in femore apparet tumor neqꝫ grauitas: neqꝫ dolor in renib⁹ ſentiſ ſuccurrendum eſt ex medicaminibus vrine prouocatiuis que nominabimus. ¶ Quorum vnum eſt hoc quod. ℞.ſeminis apij nitri rubee tinctorum olixatri ſeminis iuniperi ſeminis aſſari ameos ſeminis feniculi ſpice amigdalarum amararũ ſeminis melonis omniũ.ana ʒ.x.cantaridarum quarum capita tale abſciſſa fuerunt.ʒ.ſ. armoniaci.ʒ.iij.armoniacum in vino diſſoluatur: ⁊ alie ſpecies ex eo conficiantur: ex q̃b⁹ fiãt forme auellanis ſiſes de q̃b⁹ ſumanſ ab.ſ.ʒ.ad iij.ʒ.hoc eñi medicamẽ valde ↄfert corpori cũ diſſolutionẽ patiſ ⁊ laxitatẽ: ⁊ hypoſarche ⁊ ad expellẽda oĩa accidẽtia cauſa quorꝫ corpus deſiccari opꝫ. Qḋ ſi ↄtigat mingẽdi difficultas ex caſu ãt pcuſſiõe in femore: ãt in ano ãt in eorꝫ circuitu: eger ex baſilica minuaſ.

Deide aqua calida loco ſepe ſupfundat:⁊ vſqꝫ ad ſpaciū mediȷ̄ diei ex oleis fricet. Egro quoqꝫ precipiat vt vrinā expellere nitatur.
¶ Si autem mingendi difficultas ꝯtingat veſica exiſtente plena:⁊ extenſa ⁊ ſit hoc poſt ſanguinis aut ſaniei mictuꝫ medicamina que trūbos ſanguinis:aut pus qđ in veſica generatur ſoluere ꝯſueue-rūt ⁊ liquare:danda ſunt.
¶ Medicamen qđ trūbos ſanguinis aut ſaniei q̄ in veſica fit diſſoluit. ℞.coꝛdumeni myrrhe rubee de qua tingitur ſeminis iuniperi armoniaci aſſe:oīm partes equales:armoniacū diſſoluatur:⁊ informent pillule ex alijs ſpeciebus ex eo confectis:de quibus quater in die ſumat cū apozimate de ſeminibꝰ qđ noīauimꝰ. ¶ Syrupꝰ etiā acetoſus ex foꝛti aceto factꝰ multotiēs detur. ¶ Per ſiringā ꝑterea immittat in veſicā aq̄ in qua diſſolutꝰ fuit ſal aut aq̄ cineris:⁊ iſta eſt ꝯfectio aque q̄ fit de cinere. ℞.cinerē de ilice.cinerē de vitibꝰ cali. calcem:his oībus admiſceatur tantū aque vt ex ea cooperiri poſſint ⁊ dimittātur ſic per tres dies:deinde coletur ⁊ per ſiringam in veſicam inijciatur.
¶ Herba quoqꝫ croci hoꝛtulanī ⁊ eſula cocta ſuperponātur.
¶ Tinaꝫ preter ea aſſidue ingrediat:in qua ſit aqua in qua cocta ſint camomilla ſticados arabicus ſanſucꝰ ſiſimbꝛiuꝫ: aut in qua extremitates cauliū ⁊ eſula ⁊ fimꝰ colūbinus cocte fuerūt. Eger ī decoctiōe eaꝝ ſedeat:⁊ ex herbis iſtis ſic coctis fiat empl̄m ſup femur ⁊ ꝑtes ei circūadiacentes. Et dū in tina moꝛatur:ſumat in potu q̄ vrine pꝛouocatiua exiſtūt. Et ſi hec oīa nō pꝛofuerint ad inſtrumē-tū cū quo vrina ꝓuocat eſt recurrendū.
¶ Si aūt mingēdi difficultas poſt lapidis ſigna affuerit:eger ſupinus iaceat ⁊ pedes eius diuerſis modis ⁊ foꝛtiter quatiēdi ſunt. Et ſi vrina nō egreſſa fuerit opoꝛtebit vt cū;inſtruīcto curet ꝑ qđ membꝛo immiſſuꝫ ſit impulſio. Cauendū tamen eſt ne virge immittatur: cū eſt ibi apoſtema. Ad difficultatem quoqꝫ valde ꝯfert ſepe ingredi tinā:⁊ vngere loca ex oleis ⁊ medicamina vrinā pꝛouocantia in potu ſumere ⁊ abſtinere a nutrientibus acetoſis ⁊ ponticis et groſſis.

¶ De lapide. Caꝑ.74.

CUm eger virgā ſepe fricat ⁊ manu tractat ipſa quoqꝫ q̄nqꝫ erigit ⁊ areſcit:⁊ vrina difficulter ⁊ cū doloꝛe egredit : in qua egritudine foꝛtaſſe etiā lōgaonē q̄nqꝫ exīt.lapis in veſica eſſe ſignificat. Si aūt eger ſentit cū difficultate mingendi vehementē doloꝛē in renibus:⁊ in emunctoꝛijs:⁊ nauſeam:⁊ vētris ꝯſtrictionē:in renibus lapis eſſe monſtrat. ¶ Lapidi vero qui eſt in veſica ꝯfectio iſta vtilis exiſtit:⁊ eſt optima ad frāgendū lapidem cum vetuſtꝰ fuerit. Ego quoqꝫ iam fregi cū eo magnum lapidem in ſpacio minoꝛe quadragita dieꝝ. Cuius ꝯfectio. ℞.carpobalſami ſeminis raphani dauci olixatri ſeminis coꝛticis radicū oppoponacis coꝛticis ra-

dicū capparis amigdalarū amararū dānococtie ſqninātī ciperi ſpi ce inde caſſielignee ſaculoſundurion barmel gētiane ariſtologie ro tūde aſſati cordumeni armoniaci ſerapini bdelij piperis acori: oīz partes equales gumme ſufficiēti balſamo diſſolute malaxenſ: ⁊ ex eis a lie ſpecies ɔficianſ: ex qb⁹ informētur pillule: ⁊ ſumaſ ex eis in die. ↄ.3. cū apozimate de ſeminib⁹. Qñqȝ etiā ſexta pars.3. vni⁹ de ci nere ſcorpionū ſimul cū eis daſ. ℭCinis vero de ſcorpionibus hoc mō fit. Scorpiōes ſumātur ⁊ in ollā nouā poſiti os habētē oppilla tū ſup lacertulū in furno mittātur: in quo nō ſit vehemēs calor: et ſint ibi ſex horarū ſpacio: deide extracti pulueriʒenſ ⁊ reponātur.
ℭEger vero nutriaſ iex aqua ciceris ⁊ caligie ⁊ mutagenat. Et ab ſtineat a lacte ⁊ caſeo ⁊ ab alijs cibis groſſis. ℭIngrediaſ tinā in qua ſit aqua in qua cocta ſint folia cauliū ⁊ eſula ⁊ berengeſiſ ⁊ mē taſtrū et ſimus colūbin⁹ ⁊ medulla ſeminis croci hortulani.
ℭFemur etiā inūgatur ex oleo de ſcorpionib⁹: ⁊ diſtilleſ ex eo in vir gam. ℭOleum de ſcorpionib⁹. ℞. ariſtologie rotunde gentiane ci peri cortices radicū capparū. oʒ.3. añ. vnc. i. Hec oia in libra vna olei de amigdalis amaris poſita ad ſolē per hebdomadā vnam di mittantur ⁊ colenſ ⁊ exprimanſ: ⁊ pro vnaquaqȝ libra ex eo adiun gātur ei ſcorpiones decem: ⁊ totū in vaſe cuius os oppillatū ſit miſ ſum ad ſolē per duas ſeptimanas moreſ: deinde coleſ ⁊ reponatur. Eſt eñ optimū ⁊ mirabile: de quo quotidie in virga guttatim fun dendu ȝ eſt poſtꝗ eger de tina egrediſ. ℭQuod ſi lapis magn⁹ fue rit: nō i uenitur aliud remediū niſi vt cū inciſione extrahatur. De hoc tamē loqui noſtri libri huius modū excedit. ℭ Cum aūt in reni bus fuerit lapis: eger frequēter tinam ingrediatur ⁊ renes ⁊ ilia ex oleis inūgantur: ⁊ ex eis que locū calefaciūt deſuper cū pāno ponā tur: vt ſunt ea que nominauimus. In potu quoqȝ ſumātur ea que la pidē frangunt.
ℭSi autē lapis ceciderit in virgā ⁊ obſtaculū fecerit: aqua calida ab alto diſtillando ei ſupfundaſ donec rubere videaſ: deide oleū te pidū guttatim ſuperiaceaſ ⁊ fricēſ: ⁊ ſi neceſſe fuerit: ad exteriora fu gaſ. Ex hoc eñ mouebiſ lapis ⁊ exibit. Sed ſi magn⁹ fuerit: ⁊ diffi cilis: neceſſe eſt vt virga inferius incidaſ ⁊ extrahatur.

ℭDe naſcentijs renum ⁊ veſice. Cap. 75.

Apoſtema qḋ fit in renib⁹ ⁊ in veſica comitaſ febris permixta q nō eſt vehemētis caloris cū qua eſt horripilatio ⁊ rigor: ⁊ fre quēs mictus ⁊ dolor in inferiorib⁹ dorſi ⁊ grauitas: ⁊ cū impelliſ vi detur egro qꝫ aliquid ibi ſuſpenſum ſit. Cū hec itaqȝ ſigna viſa fue rint: ex baſilica flobothomeſ ei⁹ ptis in qua dolorē ſentit ⁊ grauedi nē. Loco quoqȝ empl̄a infrigidātia ſuperponātur. Et ſi egritudo ſic diſſoluta fuerit: bonū erit. ℭSi aūt febris ⁊ dolor ⁊ grauitas perſe uerauerint: ⁊ vrina minutim ⁊ frequēter egreditur: ſignificat pus ibi colligi. Eſt igiſ tūc ſuper dorſum empl̄m ex camomilla ſemine li

ni furfure oleo ſiſamino ꝯſperſis ponẽdũ: ⁊ egro vt in tina ſedeat ꝑ
cipiẽdũ. ¶ Si aũt eger minxerit pus: ſemina que nominabimus in
capl̃o de ardoꝛe vꝛine ſunt dãda donec pus minuatur: deinde dẽtur
trociſci quos in capitulo de mictu ſanguinis ⁊ ſaniei nominauimꝰ.
¶ Apoſtema ṽo quod in veſica fit deberet comitari febꝛis ꝯcluſa ⁊
difficultas mingendi ⁊ diſſuria ⁊ femoꝛis et ṽge doloꝛ: ⁊ tũc eger ex
baſilica flobotbomãdꝰ eſt: ⁊ fiat egritudinis cura quẽadmodũ ꝑdi
ximꝰ. ¶ Eſt aũt qñq͂ renũ apoſtema qḋ nõ ꝑuenit ad saniẽ: imo trã
ſit in duritiẽ cũ grauitas in renibꝰ ſine febꝛe ꝑſeuerat. Eſt ergo cly-
ſterizandꝰ ex mucillagine fenugreci ⁊ ſeminis lini ⁊ apozimate camo
mille ⁊ cauliũ ⁊ mellilotiꝛ maluauiſci ac furfuris ⁊ vomat frequẽter
¶ Renibꝰ quoq͂ ſupponatur ẽplaſtrũ ex eis q̃ nominauimus. Et ſi
vꝛina minui videtur: cũ illo vꝛinã ꝓuocãtia dẽtur. Hoc quoq͂ pro
paruo nõ eſt habẽdũ: qꝛ ex eo ꝑuenitur ad ydrodiſim.

¶ De ardoꝛe qui fit in mictu. Cap̃.76.

Cum eger dũ mingit ſentit ardoꝛẽ ⁊ pũctionẽ in ṽga: a ſalſis
⁊ acetoſis ⁊ acutis abſtinẽdus eſt: ⁊ nutriẽdus eſt ex taſeis le-
uibꝰ ⁊ cibꝛe hedi ⁊ eoꝝ ſimilibꝰ. ¶ Hoc quoq͂ medicamẽ ei dãdũ eſt
qḋ recipit ſeminis melonis excoꝛticati.ʒ.xxx. ſeminis citrulli ſemi-
nis cucurbite ſeminis poꝛtulace ſemis albi papaueris omniũ.añ.ʒ
iij.ſeminis iuſquiami albi.ʒ.ij.zuccbari albiſſimi ad pōdꝰ oĩum: de
puluere hoꝝ quotidie in potu.ʒ.iij.in mane: ⁊ alie.iij.ʒ.circa noctẽ
cũ vnc.j.ſirupi violati aut iulep ſumãtur. Hec quoq͂ egritudo nõ
eſt paruipẽdẽda: qꝛ cũ ſit mãſiua ⁊ ꝑſeuerãs: ꝓueniunt ex ea in veſi
ca ⁊ in inſtrumenttis vꝛinalibus vlcera.

¶ De mictu ſanguinis ⁊ puris. Cap̃.77.

Cum aliq͂s ꝓpter caſũ aut ꝑcuſſionẽ ſãguinẽ minxerit: ex baſi-
lica flobotbometur: ⁊ trociſci q̃ dicũtur trociſci de charabe in
potu tribuãtur. ¶ Trociſci de charabe. Recipe charabe gũmi tre-
mule arboꝛis: ãboꝝ.añ.ʒ.5.balauſtie hypoq͂ſtidos: ãboꝝ.añ.ʒ.ij.⁊.
ʒ.olibani.ʒ.ij.ſeminis apij opij: ãboꝛũ.añ.ʒ.j.iformẽtur trociſci põ
dere aurei vniꝰ. Ex q̃bꝰ vnꝰ oĩ die cũ apozimate ſumach tribuatur.
¶ Ad comedẽdũ ṽo tribuatur caro cocta cũ ſumach ⁊ caro cocta
cũ ſucco vue acerbe. Abſtineat a cibis acutis, ⁊ ſalſis. Loco ṽo ꝑcuſ
ſiõis ſupponat̃ ẽplaſtrũ ex bolo armeno ⁊ acatia ⁊ aloe ⁊ licio ꝯfectis
cũ aceto ⁊ aq̃. ¶ Si aũt ſãguinis mictꝰ euenerit poſt comeſtionẽ cibo
rũ acutoꝝ aut potũ vini acuti: flobotbomet̃ eger ⁊ trociſcos de karabe
in potu ſumat ⁊ eodẽ qḋ ꝑdiximꝰ gubernet̃ regimine.
¶ Pus vero ⁊ minxit eger trociſci iſti dandi ſunt: qui. ℞.ſeminis
melonis citrulli cucurbite omniuȝ abſq͂ coꝛticibus.añ.ʒ.xx.boliar
meni gũmi arabici thuris pīguis ſanguinis dꝛaconis oĩm.añ.ʒ.x.
opij.ʒ.x.. ſeminis apij.ʒ.ij.informentur trociſci pondere ʒ.ij.ex qui-
bus omni die vnus cum ſirupi de papauere vnc.j.in potu tribuat̃.
¶ Virge quoq͂ ex iſto collirio immittatur.

¶ Colliriũ de ceruſa. ℞. ceruſe ſarcocolle olibani gũmi arabici opij ſanguinis draconis omniũ partes equales: fiant ex eis colliria ⁊ per ſiringam fiat prius iniectio idromellis: ⁊ mingat eger ⁊ poſt egreſſionẽ fiat iniectio iſtius collirij diſſoluti in lacte aſine.

¶ De his qui non poſſunt retinere vrinã. Cap. 78.

Cum eger multũ vrine emittit: ⁊ in emiſſione ardorẽ nõ ſentit aut mingit in ſomno: neq₃ patitꝰ ſitim neq₃ corporis extenuationẽ incurrit: ea que vrinam conſtringunt danda ſunt.

¶ Medicamẽ retinens vrinã. ℞. glandiũ. ℥. i. olibani. ℥. xxx. ſemis coriãdri ſicci gummi arabici boli armeni omniũ. añ. ℥. x. fiat ex eis puluis de quo in mane. ℥. iij. ⁊ circa noctẽ totidẽ ad trãſglutiendu₃ dentur. Qd ſi cũ hac egritudine ſitis fuerit validiſſima clamoſa: et aqua que bibitur cito egreditur: aqua ordei cum pſilio detur: et nutriatur cum ſucco vue acerbe ⁊ ſumach ⁊ ſimilibus horum nutrientium: et cum cibo qui fit de ſimila ordei ⁊ maſal: ⁊ raib acetoſum detur in potu: ⁊ prohibeatur laborare ⁊ cum muliere concumbere.

¶ Iſti quoq₃ trociſci in potu ſumãtur qui. ℞. ſpodij. ℥. x. lactuce ſeminis portulace ſeminis amborum. añ. ℥. x. coriandri ſicci roſarum rubearum boli armeni ominum añ. ℥. ʒ. balauſtie. ℥. ij. camphore. ℥. ʒ. ſumantur in potu cum ſucco granati acetoſi.

¶ Herbe etiam frigide terantur: ⁊ ſuper renes ponãtur. Et caueat ſibi a cibis calidis ⁊ vino: ⁊ ab omnibus que vrinam prouocant. Illud autem quod ex magno ſtolidorum errore prouenit ẽ: quia dant in hac paſſione egro medicinas calidas: vnde ilico deducunt ipſu₃ ad ptiſim.

¶ De lũbricis ⁊ vermibus qui naſcuntur in ano ⁊ in vẽtre. Cap. 79.

Qui hoc nocumento ſolitꝰ eſt ledi a cibis groſſis ⁊ vnctuoſis ſibi cauere debet: ⁊ quotidie añq̃ comedat ſumat bucellas aliq̃s cũ ſinapi. Hoc enĩ ipſos generari ꝓhibet. Si vero eos generari ꝯtingat: nõ ꝯuenit aliđ niſi vt expellanꝰ. ¶ Medicamẽ aſcarides expellens burungi excorticatiꝰ cum valde famelicus eſt eger. ℥. vij. ſumantur.

¶ Medicamẽ magnos expellens lũbricos. ℞. burungi excorticati turbith ſeminis nigelle oium partes equales lupinorũ naſturtij canabil oiu₃ añ. partẽ mediã ſumanꝰ ex eo in potu. ℥. vi. ¶ Pꝰ tamẽ bibat eger lac mox vt mulctũ fuerit p tres dies: ⁊ deĩde quaq₃ die q̃rta dietet ſe ⁊ de p̃dicto medicamĩue in lacte adhuc calido vt ĩ mulctu₃ eſt diſſoluto ⁊ aceto cum valde famelicus eſt: bibat. Uermes vero minuti qui in ano fiunt pro quibus generatur pruritus in eo: ⁊ ideo cum fricatur anus expelluntur cum cotum ex oleo abluto inuolutũ immittiꝰ: aut inuolutũ oleo de criſomillis aut ſucco mẽtaſtri Aut inuoluaꝰ ex parua quãtitate aloes ⁊ felle vaccino ⁊ ſupponaꝰ

¶ De emorroidibꝰ ⁊ fiſtulis ⁊ ragadijs q̃ in ano ſunt. Cap. 80.

DUm ſanguis recẽs ſine doloꝛe ꝑ inferioꝛẽ fluit regionẽ inter pollate tñ nõ eſt ꝯſtringẽdus niſi patiẽs ex eo debilitet. A multis eñ paſſiõibꝰ exinde liberat. ¶ Si. aũt debilitet indiget ꝯſtrictiõe trociſci de charabe cum ſucco ſumach dent. In comeſtiõe quoq; ſumat ſumachiã: ⁊ cibũ q̃ cũ ſucco vue acerbe fit ⁊ ſimilia his de illis q̃ nutriẽtia ſunt. Si vo multũ debilitet nutriat cũ ſucco carnis cui plerũq; admiſcent ſuccus citonioꝝ ⁊ vinum. Uinũ quoq; bibat ſtipticũ ⁊ ſup epar ponat emplaſtrũ de ſpica qd in capitulo de epate noſauimus. ¶ Et ſi iſta nõ ſuffecerint cõfectio de ſcoꝛia ferri detur: q̃ recipit myrabolanoꝝ nigroꝝ bellircoꝝ emblicoꝝ olm añ. ʒ. 5. ſpice ſqnãti ciperi zinziberis piperis ameos olibani oĩm añ. ʒ. ij. ſcoꝛie infuſe in aceto ꝑ hebdomadã vnã: ⁊ poſtea toꝛrefacte. ʒ. xv. cõficiant oĩa cũ melle diſpumato qd fuit coctũ cũ apozimate emblicoꝝ ſicut in capitulo de melancolia nominauimꝰ: de quo quotidie ad nucis magnitudinem ſumatur. Hoc namq; emoꝛroydarum ſanguinem et menſtruoꝛum conſtringit: fluxui quoq; ventris longiꝰ tempoꝛis remedium affert.

¶ Si aũt in ano oꝛit aliqd ꝓminẽs extra ex quo magnus prouenerit doloꝛ: nec fluit ab eo aliqd ſuccus cepe cũ pauca lana: aut fel vaccinũ ſupponat. ¶ Suppoſitoꝛium quoq; lõgũ de ciclamine ſubijciatur qd patiẽs ꝑ totã teneat noctẽ ⁊ ſi ꝯtingat egredi remittat donec ſandatur ⁊ egrediat ſanguis. Cũ aũt doloꝛ vehementiſſimꝰ fuerit et apoſtema magnũ in ano flobothomet eger: ⁊ emplaſtrũ hoc ſupponatur. Sedat eñ emoꝛroydaꝝ doloꝛẽ cũ adeſt apoſtema cũ eis quod ℞. mellilotũ camomillã q̃ tãdiu in aqua coquant donec diſſoluantur: deinde ſumantur ex aqua decoctionis eaꝝ quantum manu vna teneri poteſt: vitellꝰ oui aſſati vnꝰ croci. ʒ. j. opij. ʒ. ij. ſeminis lini tritici fenugreci maluauiſci omnium añ. manipulum. j. Conficiantur omnia ex rob in quo bdelij. ʒ. iij. diſſolute fuerunt: ⁊ folia ſuperpoſita poſtq̃ eoꝛum ſuperficies ex oleo ſiſamino in quo adeps gallinaceus fuit reſolutus aut anatis inuncta fuerit moꝛe emplaſtri ſuperponatur dum adhuc tepida ſunt. ¶ Alia confectio doloꝛem et apoſtema ſedans. Cepe albũ optime coctum terat ⁊ cuꝫ butyro vaccino miſceatur ⁊ mollefiat ⁊ tepefactum ano in quo eſt apoſtema ſuperponat: hoc enim doloꝛem vehementem ſedat.

¶ Cum vo in ano ragadias habuerit patiẽs q̃ cũ ledũt cũ ipſius võter ſiccus eſt: pillulis de bdellio ſepe vtat: que. ℞. de myrabolanis nigris chebulis ⁊ ĩdoꝝ añ. ʒ. x. ſerapini. ʒ. iij. naſturtij albi. ʒ. ij. bdellij mollis ⁊ pinguis. ʒ. xv. diſſoluatur bdellium in ſucco poꝛroꝛum ⁊ ex eo conficiant alia ⁊ infoꝛment ex eis pillule ⁊ ſumantur ex eis frequẽter ab vna. ʒ. ad. iiij. Locus vero ſi aduſtionem patiatur ex vnguento de cerusa inungatur.

¶ Si aũt non ſentit in eo aduſtio vnguat ex vnguẽto quod fit ex adi

pe qui in gibbo cameli inuenit᷑ ⁊ bdelio quod ſic fit videlicet vnguentum de ſene. ℞. cere citrine olei ſiſamini adipis anatis medulle cruris vaccini adipis q̄ eſt in gibbo cameli bdellij omniū ꝑtes equales bdellium prius in mucillagine ſeminis lini diſſoluatur: deinde oīa miſceātur: hoc enim optimū exiſtit. ¶ Si aūt eger ragadias in ano habuerit profundas a quibus fetens virus fluxerit: medicamē acutū qđ in capitulo de vlceribꝰ deſcripſimꝰ eis ſupponat᷑: quod eger per duos patiat᷑ dies. ¶ Et ſi in eis aliquid remaneat quod reſudet: medicamē iterum apponatur: quod eo vſq͡ꝫ fiat donec locus ſiccetur: et nō reſudet ſi fuerit ꝓfundū. ¶ Quod ſi ea q̄ ibi ſunt eminētia extra ⁊ ꝑpēdētia fuerint itex vt areſcāt ⁊ nigreſcāt butyrū tepidū multotiēs ſupponatur donec nigredo ab eo remoueat᷑. ¶ Si aūt reſudatio reuerſa fuerit: medicamē acutū itex ibi apponat᷑: ⁊ ſi nō reſudauerit ex vnguēto de ceruſa curet᷑. Eſt etiā quādo eminētes emorroydes extra curātur cauterizādo cum ferro. Loqui tamen de hoc plus eſt quam huius noſtri libri modus requirat.

¶ Fiſtule ꝟo generant᷑ in ano velociter quoniā figura eiꝰ facit illud eſſe neceſſariuꝫ que aut penetrātes ſunt: aut non penetrātes vtrinq͡ꝫ ¶ Cum autē ꝑforate ſunt vtrinq͡ꝫ ſtercus egredit᷑ ex eis ⁊ vētoſitas ¶ Si autem non egreditur neq͡ꝫ ſtercus: neq͡ꝫ ventoſitas non eſt penetrans ab vtraq͡ꝫ parte. Loqui vero de eius cura perfecte ei plus eſt quam hic noſter liber expetat. Sed quia fere omnes ſemper maximum incurrunt errorem in cura huius egritudinis vnde maximū ſequit᷑ nocumentum: nos excitabimus eos ad hoc quod huic egritudini ꝯgruum erit: ⁊ oſtēdemus qualiter a predicto errore ſe cuſtodiāt: ⁊ dicemus ꝙ fiſtula vtrinq͡ꝫ perforata cum ab ano remota fuerit: nullo modo ferro eſt tāgenda: ex inciſiōe enim ferri contingit ſtercus inuoluntarie egredi. ¶ Eſt etiā aliud quare fiſtula ab vtraq͡ꝫ ꝑte ꝑforata ferro tāgi nō dꝫ. Quia toto tp̄e vite eger ſic ꝑmanere poterit: nō magnū faciēs nocumētū: nec ꝓueniet ex ea aliq̄d niſi reſudatio ⁊ fluxus. ¶ Si aūt illud quod ab ea fluxerit fuerit acutum ⁊ mordicatiuum ⁊ fetidum habuerit odorem: cuius etiam quantitas quotidie augeatur: erit fiſtula putrida et cum herpete eſtiomeno cui ex medicamine acuto ex eo quod cōplet omnia ſuccurrendū eſt anteq͡ꝫ dilatetur et magnificetur.

